

Nat. 7

MICHAEL KRÜGER
20. 10. 1655

ΑΝΘΡΩΠΟΛΟΓΙΑΣ

SACRÆ

DISPUTATIO XXV.

AD

STATUM REPARATIONIS
PERTINENS.

De

MERITO ET SATISFACTIONE CHRI- STI PHOTINIANIS OP- POSITA.

In inclyta VVitteb. Academia
ad placidam collationem proposita,

SUB PRÆSIDIO

BALTH. MEISNERI, SS. Th. D.
& Profess. Publ.

RESPONDENTE,

MICHAEL SOPORNIO
HUNGARO.

Habebitur ad diem 22. Octobris.

WITTEBERGÆ,

Typis GORMANNIANIS, Anno 1618.

ЗАКОНОДАТЕЛЬСТВО
РУССКОЙ ИМПЕРИИ
ВЪ ВЪДѢИСТВІИ
СЪДЪИТЕЛЬСТВА
СЪДЪИТЕЛЬСТВА
СЪДЪИТЕЛЬСТВА

СЪДЪИТЕЛЬСТВА
СЪДЪИТЕЛЬСТВА
СЪДЪИТЕЛЬСТВА
СЪДЪИТЕЛЬСТВА
СЪДЪИТЕЛЬСТВА

СЪДЪИТЕЛЬСТВА
СЪДЪИТЕЛЬСТВА
СЪДЪИТЕЛЬСТВА
СЪДЪИТЕЛЬСТВА
СЪДЪИТЕЛЬСТВА



ΑΝΘΡΩΠΟΛΟΓΙΑΣ
SACRAE
DISPUTATIO XXV.
De

Merito & Satisfactione Christi.

Thesis I.

Copus Scripturæ, fidei & virtutis nostræ Chri-
stus est. Qui igitur falsa docet de Christo, Scopus Scri-
pturæ officio, is unā opera Scripturæ au-^{ptura} Chri-
thoritatem contemnit, fidei puritatem flus.
corrumperit, vita sanctitatem impedit, ide-
oq; Falsator est in interpretatione verbi,
deceptor in dissemination doctrinæ, se-
ducto in conversatione vitæ. Suo hoc e-
xemplo comprobant recentes Photini, quorum doctrina omni-
um hæreses sententia est, qui ingrato & blasphemico ore, meritum
Christi prorsus enervant, eumq; pro peccatis humani generis sa-
tisfecisse simpliciter negant.

II. Sequuntur in hoc, 1. Photinum ex vestiutoribus hæ-
reticis. Fuit is ex minori Galatia oriundus, Sirmiensis Ecclesiæ
Episcopus circa annum Christi 345. & quia naturali quadam
facundia & persuadendi facultate pollebat, multos ad opinio-
nem suam attraxit, teste Sozomeno, lib. 4. Hist. Eccles. c. 6. Sta-
tuit autem, Christum fuisse nudum merumque hominem, &
per consequens Dei Patri non satisfecisse. Hinc ergo πρόφα-
τον sequi se fatentur Sociniani, & cum Arianis annumeran-
tur; injuriam sibi fieri clamitant. Fausius certè Socinus in Responsio-
ne ultima ad Andream Volanum p. 264. expresse scribit, se senten-
tia Pauli Samosateni & Photini de Filii Dei existentia adhæcere,

Ostendit in prefatione Germanica Inst. pag. 3. cum doctrinam suam ab Arianismi suspicione liberare vellent? Quod doctrina nostra, inquit, de Christo non sit Ariana, ex eo facile intelligi potest, quod Ariani in Concilio Sirmiensi Photinum cum suo dogmate damnarunt: cuius doctrina quoad Christum, ut ex historijs liquet, plene eadem est, quae hodie nostra. Sic igitur haeresiarcha iste Photinus, quem Epiphanius lib. 3. tom. 1. haeres. 71. vocat animaculum insectum ac lumbricum, seu terre intestinum, pede Scriptura, & Dei verbi veritate concutatum, antecellor fuit, & primipilus recentium Photinianorum, quibus non immerito acclamet aliquis illud Athanas. Orat. 4. contra Arianos : nō dicitur ea gaudiūs (Φωτίνος) τοῦ νικήσαντος απόλειαν.

III. 2. Magistrum Petrum Abelardum ex recentioribus, seu ut aliqui eum nuncupant' Baleyardum, qui vixit circa annum Christi 1140. & premium redempcionis nostre prorsus evanescavit, contendens: Christum non assumisse carnem, ut nos à jugo Diaboli liberaret. Et passionem Christi nihil prodeesse, quam ad exemplum virtutum. Cui ad stipulatum fuisse Arnaldum de Brixia, & Bilbertum pietatis aviem Episcopum, testatur Centur. Magd. 12. cap. 5. pag. 848.

IV. Hi sunt illi egregii Patres Socinianorum, qui ad oppugnandum Christi satisfactionem straverunt viam, & errorem hunc Diabolicum iterum in Ecclesiam invexerunt. Secuti sunt eos nostro tempore Michael Servetus, Valentinus Gentilis, & alij, quos commemorare supervacaneum est. Cùm verò hic error totius Christianismi jugulum petat, & salutarem de justificatione doctrinam penitus corrumpat, accuraram illius refutationem hac occasione cum Deo suscipiemus, & Salvatoris nostri satisfactionem, meritumq; sanctissimum contra strophas adversariorum pro virili vindicabimus, acturi hac disputatione de tribus questionibus.

2. Quā occasione & quibus ex causis error iste Photinianorum in Ecclesiis interpolari cœperit?

2. Quæ sit Photinianorum sententia de Christi merito: & quam horrende corruptula in omnibus sere articulis hanc anam falsitatem consequantur.

3. Quibus principiis dictis & testimonij Scripturæ satisfactione Christi pro peccatis nostris stabiliti queat?

Q.U.E

QUÆSTIO I.

Quâ occasione error Photinianorum, Christi satisfactionem negantum, in Ecclesiâ interpolari cœperit?

V. Præter occasionem, quam ex antiquis hæreticis Photino & Abelardo sumpserunt, sex aliae recenseri possunt. Photinianis meritum enervandum, & satisfactionem ejus negandum dede-
runt ansam non exiguum. Thomas scribit parte 3. quæst. 46. ^{1.} Absurdat art. 2. Quod Deus possit sine satisfactione homini remittere peccata, cùm non scholasticorum habeat aliquem superiorem. Durandus in 4. dist. 15. Quod Christus se pronunciata-
cundum strictum rigorēm iustitiae divina non poterit satisfacere. Biel in 3.
sentent distinct: 20. quæst. undec. scribit. Rationes Anshelmi in-
libris, cur D E U S homo, nihil probant, nisi procedant ex ordinati-
one divina præsuppositâ, qui posset Deus hominēs non condere, posset re-
mittere peccatum per solam non imputationem, posset per aliū satisfaci, po-
tuisset quilibet pro se satisfacere, si data fuisset prima gratia sine merito. Sic
Tatereus in 4. sent. dist. 15. Dico, quod, quicunq;
peccator potest satisfacere de peccato commiso, secluso merito Passio-
nis Christi de potentia Dei ab-
soluta, sed non de potentia ordinata, nisi merito passionis Christi. Hæc &
similia effata nunc urgunt Photiniani, nihilq; si pius in ore ha-
bent, quam istud, satisfactionem non fuisse necessariam, Deum ex sola
gratia remittere, & non imputare peccata. Quis ergo hinc non videt,
Scholasticos istos absurdis suis hypothesibus Photinianorum
præcurlores fuisse?

V. 2. Impia quædam Calvinianorum dogmata, 2. Impia que-
Hujusmodi sunt, 1. Absolutum prædestinationis decretū, ^{dam Calvinis}
Si enim solā & absolutā Dei voluntate homines sunt electi ad norum do-
vitam æternam, non opus fuit merito & satisfactione Christi, gmata.
Prīus autem defendit Calvinus I. 3. Instit. c. 22. sect. II. cap. 23.
sect. 1. 5. 8. Beza in præfat. part. 2. ad acta. p. 9. Rennecherus in ca-
thena p. 126. 127 Zanchius lib. 5. de natura Dei c. 2. p. 739. Quare
posterioris negari nequit. Consequentia certa est, quoniam eadem
sunt causæ electionis & salvationis. Si ergo Deus ex sola volun-
tate

tate quosdam ab æterno elegit, sine omni intuitu meriti apprehensi, utique & illos in tempore, & sola voluntate benevolæ, sine merito salvabit vel certe salvare poterit. 2. Nestorianæ locutiones de humanitate tantum passa. Scribunt enim Calviniani & docent, quod Deus nequamquam sit passus, & si hoc dicatur, per cunctas locorum intelligendum esse, nullam dari veram & realem proprietatum novovictori, sed humanam dunitaxat naturam Christi mortem pro nobis subiisse. Quod si ira sit, mox sequitur passionem Christi non fuisse satisfactoriam. Qui enim nuda humanitatis mors sufficiens à virgo esse potuisset pro peccatis totius mundi, quibus infinita ira est attracta? 3. Dogma Piscatorianum, quod Christus pro seipso legi obedientiam præstiterit. Si ergo Legis debitor fuit, qui aliquid nobis mereri potuit? Quomodo ipsius obedientia fuit satisfactoria? Dogma de particulari merito. Statuunt enim Christum pro paucis electis non pro peccatis totius humani generis passum & mortuum esse. Quo pacto quantum decedat merito Christi quis non viderit? Corrumpanctur enim hoc modo omnia Scripturæ dicta de Christo Mediatore mundi, de propitiatione pro peccatis omnibus &c. Unde postmodum aniam capiunt Photiniani, in totum negandi satisfactionem Christi, quam ad tantam paucitatem restringunt Calviniani. 5. Absurde pbras de remissione peccatorum, quod illa ex absoluenda quadam Dei bonitate & libera voluntate contingat. Si enim Calvinus l. 2. Instr. c. 17. sec. r. Evidenter fateri, si quis simpliciter & per se Christum opponere velle iudicio DEI, non fore merito locum, quia non reperiatur in homine dignitas, qua posse DEM premeri. Musculus in Loci (communibz c. 3. de justificatione p. 267) scribit, DEM sine satisfactione pro nudo beneplacito suo peccato condonare posse. Urget hoc Faustus Socinus de Christo pagin. 224. ubique Calvinum ex propriis principiis oppugnat. Hi ergo sunt fructus Calvinianorum dogmatum, ut quod Neuserus Mahometanus de Arianismo, id nos de novo Photinianismus, viet Calvinum. Sanè experientia confirmat quod plerique Photinianorum, prius Calvinismo fuerint addicti. Et quoniam Calviniani multum tribuant astris, cogitent quid Leoninus Mathematicus observaverit, nimirum, eadem constellatione Calvinum in Germania cœpsisse, quali Ariauisnum olim tempore Constanti

Constantini Magni. Vigilandum igitur est, ne brevi tempore
venenum hoc serpar, & mundus erecto quasi capite miretur, se
tum subito Photinianum factum esse, uti quondam ad Ariani-
sum celeriter degeneravit.

VII. 3. Divinitatis Christi abnegatio. Cœpit illam
impugnare Michael Servetus Hispænus adhuc tempore Lutheri, 3. Divinitatis
Anno Christi 1532. Illorum secuti sunt Valentinius Gentilius, Blandrata, Christi abne-
gatius, Ochinus, Franciscus Davids, qui omnes in evertenda Christi gatio.
Deitate strenue laborauit. Unde quid aliud sequi potest,
quam obnegatio satisfactionis? Nudus enim homo *is* oppōtor
pro peccatis *autem* per solvere nequit. Sic ergo quia mysteri-
um Trinitatis & personalis unionis ratione sua Photiniani
comprehendere haud potuerunt, idè & credere noluerunt,
Hoc enim ipsorum principium est, cum Zwinglio commune,
à Deo credenda non proponi incomprehensibilia. Negatā verò divini-
tate Christi, ob absurdas rationis speculations, satisfactionem
Christi unā negandum esse, ultrò sequitur. Error igitur errorem
peperit, & impugnata Christi persona, unā & officium ejus labe-
factari cœpit.

IX. 4. Præconcepta opinio de operum justitia. 4. Præconcep-
tua opinio de
Nisi enim statuatur, hominem justificari & salvare per obedien-
tiam Legis, mox omne bonorum operum studium vilescere exi-
stimat. Quocirca, ut homines in officio continantur, & ad be-
nè agendum eò magis extimulentur, hinc ipsam salutis spem in ijs
collocandam esse censem. Hoc vere est malum facere, & falsum
docere, ut eveniat bonum. Hoc ipsum & Apostolo olim objec-
tum, legem evanuari, malis actionibus ansa dari, si per solum Christi meri-
tum infliscemur. Sed carnales hæ sunt cogitationes. Utrumque e-
num stare potest, & Christi meritum, & sanctitatis studium.
Quod cum non satis intelligent Photiniani, idcirco negant istud,
ut hoc obtineant.

IX. 5. Prætextus divinae gratiæ & misericordiæ. 5. Prætextus
Quando enim in Scripturis legunt, *Deum peccata condonari gratis divinae gratiae*,
ex merita misericordia, inde colligunt, satisfactionem & persolutio-
nem nullam inveire posse. Contraria enim ipsi videntur,
gratia remitti peccata, & ob præcedens *Aurum* remitti. Quare ut defen-
dereant,



derent, Dei gratiam negarent Christi meritum, cùm tamen hæc ~~caritatem~~ sint, non carna, ab iis misericordia Dei magis labefactetur, quām alteratur. Ut enim justitia operum obtineant, vires liberi arbitrij extollunt, quibus quantum adscribunt, tantūm gratiæ Dei derogant. Verissime enim dixit Augustinus: *Patroni natura, sicut inimici gratia.*

X. 6. Speculationes rationis de humanæ intercessionis & satisfactionis modo. Homo hominis loco cùm solvit, omnia perfolvere tenetur. Et tamen judex absolvit, non ex gratia, sed jure. Putant igitur, similem oportere rationem esse, Autem Dominici. Quia vero mortem æternam non sustinuit, cum absolutio gratis fieri dicatur, adeoque requisita humanæ satisfactionis desint, siccirò ipsam prorsus inserviantur, adeoque & in hoc articulo Photinianum dogma in nullum prius principium, quām in cæcæ rationis judicium resolvitur. Quia enim illa non satis capit, quomodo per imputationem alieni meriti, & tamen unâ gratis justificemur, ob id mox falsitatis arguit orthodoxam hanc, & in Scripturis fundatissimam doctrinam.

XI. Atq; hi sunt illi pestilentes fontes novi Photinianismi, unde quid, de ipso judicandum sit, facile apparet. Nimirum ex erroribus, falsis opinionibus & tenebris rationis dictamine fluit, unde & ipsum erroneum, fideique Apostolicæ prorsus contrarium esse concludimus.

QUÆSTIO II.

Quæ sit Photinianorum sententia de Christi merito, & quām horrendæ corruptela in omnibus ferè Articulis hanc unam falsitatem consequantur?

Sententia Socini.

XII. Socinus opinionem suam parte I. de Christo servatore c. i. his verbis proponit: *Ego censeo, & orthodoxam sententiam esse arbitror, Iesum Christum idē servatorem nostrum esse, quia salutis æterna viam nobis annunciarit, consummarit, & in sua ipsius personatione viæ exemplo, tūm ex mortuis resurgendo manifestè ostenderit. Divina autem justitia, per quam peccatores damnari merebuntur pro peccatis nostris, neque illum satisficeret, neq; ut satisficeret opus fuisse affirmo. Hanc suam sententiam libro allegato in certos aphorismos dividit, eosque proli-*

zē defendere tentat, quales sunt; 1. Quod in Deum non cadat ira,
sed tantum bonitas & misericordia. 2. Quod Deus nunquam fuerit iratus
generi humano, nec ab alienatus ab hominibus, et si homines, hostes Dei per
peccatum facta fuerint. 3. Quod propterea nulla satisfactio pro peccatis
sit necessaria, quoniam Deus illa, ex sola misericordia sine interventione meriti
condonare decrevit. 4. Quod Christus ob id pro nobis minime satisfec-
rit, imd nec emissus sit, ut satisfaceret. 5. Quod Christus non Deus, sed
tantum homo fuerit & Propheta, missus ut veram salutis rationem diceret.
ob quod martyrio fuerit affectus à Iudeis, sicut & alij Propheta. 6. Quod
prophetas Christum nos redemisse, & salvos facere, non nisi ratione
doctrina, exempli, & traditae à Deo potestatis intelligi debeat. Quia enim
modum salutis monstravit, ac suo exemplo expressit, hinc no-
strum Redemptorem, & Salvatorem appellari.

XIII. Similia habet Osterodius in institutione Germ. c. 36. p. Osterodi.
298. So ist nun die Frag/ ob in der Rechtfertigung durch Christum/vnsere Sünde durch ein vergeltung vnd gnugthung / oder
aber durch die vergebung vnd verzeihung weggethan vnd aufge-
hoben werden? Der meiste theil hält es dafür/ daß solches nicht ge-
schehe ohne vergeltung vnd gnugthung : Wir aber glauben
schlecht/ durch die vergebung oder verzeihung. Catechismus Ra-
coviensis c. 8 p. 254. Warumb wie nötig/ daß Christus der Selig-
macher seiner gläubigen solche Trübsal vnd den Todt auff sich neh.
we/wie auch sie? dessen sind zwei vornehme Ursachen / wie auch der
H E R R Christus seiner gläubigen Seligmacher sonderlich auff
zweyerlei weise ist. ERNST H/ daß Er sie mit seinen Erempl
beweget sich an den Weg der Seligkeit/ auff welchen sie getreten/
fest zu halten. DANNACH/ daß Er der ist / der sie in alle Ge-
fahr vnd Versuchung erhebt / vnd endlich von dem ewigen Todt er-
retter. Rursus p. 261. Ist nicht noch eine andere Ursach/ warumb der
H E R R Jesus gestorben ist? Nein es ist keine andere/ ob man gleich
jetzt in der Christenheit zum meisten theil meinet/ als solt vns der
H E R R Christus durch seinen Todt die ewige Seligkeit verdienen/
vnd für unsre Sünde vollkommen genug gehabt haben: welcher
Verstand irrig / voll Verführung vnd sehr schädlich ist. Ex hisce
verbis liquet, quod meritum & satisfactionem Christi prouersus
negent, eamque scripturis & recte rationi contrarium esse af-
firment; Sicut & Gittichius in defensione 4 argumenti pag. 101.

expressè scribit: Illud de satisfactione dogma, ut liquet cajus rem serio
intuenti, nihil aliud est quam horrenda in Deum blasphemia.

**Corruptio ex
doctrina Pho-
tinianorum
fluentes.**

XIV. Cæterum corruptela ex hac doctrina fluentes sunt
quām plurimæ. Nam èos àtòπδόθετοι τὰλασσούσι, uno
inconveniente dato, infinita sequuntur, inquit Philosophus. Sic quia
Photinianum dogma, de peccatorum venia, sine intervenien-
te λύτρῳ absurdum est, & ipsum fidei fundamentum convellit,
poptere præcipui articuli unà corrumpuntur. Nam 1. Plana
nova justificationis ratio excogitur, nempe absolvī hominem
non ob imputatum Christi meritum, sed ex sola gratia, si tamen
benè operetur, & præceptis Dei obediat. 2. Quoniam nemo
obedire potest sine obediendi facultate, liberum in homine ar-
bitrium singitur. 3. Hoc quoniam stare nequit cum corruptio-
ne naturæ, peccatum originis prossus negatur. 4. Quod cùm
fieri nequeat, si Adamo justitia & sanctitas concreata inque po-
steros propaganda dicatur, ratio imaginis divinæ, præcipue in-
justitia & lancitatem veritatis consistens, tollitur, hominem
mortalem fuisse conditum statuitur, & similitudo DEI tantum
in domino super animantia ponitur. 5. Si Baptismus tanquam
purgationis medium, & corruptionis signum urgetur, mox du-
bitare incipiunt, Num ex scripturis aqua Baptismus probari queat? Nam
& pœnitentiam nominari βάπτισμον. Quare infantes necessa-
rio abluedos esse negant, & si omnino adhibeatur, esse tamen
duntaxat ceremoniam, & externam notam, Christianos à Pa-
ganis distinguentem, pro ijs præcipue institutam, qui ex Gen-
tilisimo ad Christianismum convertuntur: non autem pro illis
qui in Ecclesia vivunt & nascentur. 6. Enervatæ Baptismi effi-
cacia, simul fructus & salutaris effectus Cœnæ Dominicæ con-
cidit. Non illam esse volunt ὄγησσοι efficaciter operans, & fa-
dem in nobis confirmans, sed tantum memoriale mortis & pas-
sionis Christi. Et hoc sunt præcipua consilia, ut taceam alia quām
plurima, quorum alterum gignit alterum, non secus ac unda-
rrudit undam. Quis verò hæc audiens & considerans non ob-
stupescat? Quid enim monstrum & hæreticum magis esse
potest, quam Apostolicum justificationis modum infringere,
vires naturæ cum abnegatione gratiæ extollere, peccatum o-
mnibus connatum insiciari, imaginem Dei depravare, saluber-
rimum,

ritum Baptismi & Cœnæ Sacramentum omni virtute suâque efficacia spoliare? Hæreses alia quodam articulos corrumpunt, sed per hanc sectam fides universa petitur, & omnia ejus fundamenta impio prorsus ausu convelluntur.

XV. Ut verò in depravandis fidei articulis laboriosi sunt, ita in defendenda opinione sua meros Sophistas agunt. Quatuor in primis adhibet stratagemata, ex quibus lucenter appetit, in modo disputandi Photinianum prorsus esse Sophisticum & dñe λογον. Nam 1. Plerumq; tantum destruunt raro exquirunt. Ad nostra quidem dicta excipiunt, suam verò fidem stabilire haud queunt. Hinc rarissime auditur argumentum aliquod κατασκευασμον; excipiunt. proferuntur tantum elusiones & Diabolicae perversiones dictiorum scripturae. Ex quo sequitur mera incertitudo & perpetua hesitatio. Quia enim clarissima testimoniaz, variis glossis in dubium vocant & contra sua dogmata evidenter confirmare nequeunt, inde animus fluctuare incipit. & quid statuendū sit ignorat. Photinianismi igitur finis à Satana intentus, nullus est aliis, quam Epicureismus & religionū confusio. Nos a firmiter stateimus, eum disputandi modū, ex quo nulla certitudo, nulla πληροφορία sequitur, Sophisticum esse, non Theologicum.

XVI. 2. In excipiendo, dicta secundaria suse examinant, primaria leviter tangunt. Quoniam enim illis tantus inferendi nervus non innest, (cum sèpè non in sensu litterali, sed per applicationem tantum, ipsis Apostolis usitatissimā citentur,) & quandoq; versione vulgata nituntur, (ex quâ contra Pontificios rectè argumentamur, quippe qui illam solenniter in Concilio Tridentino approbarunt) hinc quod excipient facile inveniunt. Atq; tum εξηγήσονter nostras cum doctrinâ mirè exagitant, & simplioribus glaucomata objiciunt, ac si omnia nostra argumenta ad probandum sint in efficacia, cùm interim sciant ipsi, longè alia collocari à nobis in acie, ad quæ ne hiscere quidem possunt, & eum respondere tentant, mox patet fallacia & proditur Diabolum pervertendi Rudium.

XVII. 3. Plerumq; ipsorum instantie non docent quis sensus sit, sed quis 3. Sepsius esse posse. Quia enim nostram interpretationem ex præconceptâ cent, non quis opinione non admittunt, hinc alium sensum elicere volunt; sensus sit sed Quod ut obtineant i, innumerata dicta conglomerant, partim quis esse posse.

Modus disputandi Photiniānus.

2. Ad argumenta secundaria crebrius respondent quam ad primaria.

ostentationis ergo, partim ut à scopo abducatur & confundatur respondens, partim ut simpliciores aliquid veri subesse autem. 2. Vocabulum quoddam captant, quod si in alio scripturæ tex- tu pro ratione ad junctorum peculiarem sensum habeat, mox in dicto de quo controvertitur, similiter usurpari colligunt. Et hic Elenchus à particulari ipsis est frequenterissimus: vocula hec sic acci- pitur in isto dicto: Quare similiter & in presenti. Sophistas ita argumenta- ri scimus, non inceros candidosque Theologos. 3. Si verba sint nimis clara, transponunt commata, textum novo modo distin- guunt, quasdam voces sibi intelligunt, aliisque modis scripturam corrumptunt, ut alium tandem sensum, quem quis ne per sebrem quidem somniare possit, eliciant. Variis hoc argumentis demon- strari possit, si ratio Ζετον admitteretur. Quis verò inde non au- thorem hujus sectæ animadvertis Satanan? Si verba transpo- nere, commata mutare licet, quis non hæresin novam, & peregi- nam alicujus dicti interpretationem excogitare quam faciliter posset? Quando verò omnino hæc συζητία Φάγουανα sunt adhi- bita, nempe conglomeratio dictorum, collatio vacuarum, tran- spositio commatuum & similia, num iude Scriptura sensus cer- to innotescit? Nihil minus. Tantum hoc quandoq; sequitur post longas declamationes, posse aliquod dictum aliter intelligi: quis verò genuinus sensus sit, in dubio manet. Auditor intelligit no- stram ἐξήγησιν literæ textus conformem esse: post audit, per glos- semata hinc inde conquisita, aliter exponi posse, atque sic cum scrupulo & suspensus dimititur. Hoc illud Satana artificium est, quod querit per suos satellites Photinianos, nempe ut omnis au- thoritas Scriptura tanquam ambiguæ concidat, ut introducatur securitas, & cuivis credendi quidvis permittatur libertas.

XVIII. 4. Tandem si ad κατωθισμον ipsis deveniendum est, nihil aliud producunt, quam elumbes quasdam rationis consequentias, principium enim primum summumq; ex quo oritur, & in quod resolvitur Photinianismus, nullum est aliud, quam humana ratio cum suis regulis & speculationibus. Hinc expressè scribunt, nihil credendum proponi à D E O quod ratione capi nequeat, aut falsitatis ab ipsa argui posst. Hæc illa radix & origo est omnium errorum. Ex hac maximâ cæperunt negare principalem fidei nostræ articulum, nempe mysterium sacrae Trinitatis. Nulla enim ratio capit, nul-

la
Elumbes
rationis conse-
quentias pro-
ducunt.

la mens intelligit; qui numero unum, in tribus realiter distinctis personis, sine essentia vel divisione, vel multiplicatione subsistat. Hoc igitur arcanum quia ratione attingere haud potuerunt, hinc credere noluerunt. Iacto hoc infelici fundamento, mox securæ sunt corrupte in aliis etiam articulis. Quia enim plures personæ Deitatis non sunt, hinc Christum suisse merum hominem non Deum, nec duabus constare naturis colligunt. Si Deus non est, satisfacere pro nobis haud potuit. Quare missus est, tantum ad annunciantam salutis viam, & perficienda legis præcepta, non ad expianda mundi peccata. Si satisfactio pro nobis nulla est præstata, utiq; per imputationem alieni meriti non justificabimur. Quare justificatio hominis nihil erit aliud, quam gratuita sine interventione λύτρω peccatorum remissio. Hinc & fides, per quam justificamur, juxta ipsos non est apprehensio meriti, sed fiducia generalis, qua credimus, Deum nobis bene velle, & præceptis ipsius obedimus. Qui ergo piè vixerit, salutem consequetur, nisi fecerit, damnabitur. Quoniam verò justè puniri nemo potest, nisi in potestate ejus fuerit id, quod facere debuit, hinc concludunt, fidem & legis impletionem in nostris viribus sitam, adeoque nos libero præditos esse arbitrio. Quare nullum est peccatum originis, nulla corruptio naturæ. Adamus igitur dona prima per lapsum non perdidit, sed tantum dominium super animantia, in quo ratio imaginis divinæ fuit posita, amisit, & necessitatem moriendi invexit. Quapropter ut ipse postmodum arbitrio benè usus est, Dei; præceptis obediens, salutem adeptus: Ira & nos si fecerimus, quod Deus à nobis fieri vult, & quod per Christum Prophetam ejus annunciatum est, pari modo salvabimur. At illa præcepta pertinere dicunt duo Sacra menta, Baptismum & Cœnam, qua non sint media fidem aut gratiam conferentia, sed tantum externæ Ceremoniæ, quarum observationæ ab aliis certibus distinguimur, & nostram Deo obedientiam declaramus. Atque haec summa est præcipuorum capitum doctrina Phorinianæ, quam Scrinus in suis libellis, Ostroodus in Institutionibus, Smalius in Catechismo proposuerunt. Quæ doctrina cum solâ ratione nitatur, & nihil contineat quod non facilè capi possit, ve ex hoc unico perspicuum satis est, illam humanum inventum esse, Scripturæ & ratione analogiæ fidei contrarium, incertisq; glossis superstructū, quod

Nostra sen-
tentia de me-
rito Christi.

Sophisticis mediis propugnatur, & quo doctrinæ τοληγραφεῖται
in meras dubitationes commutatur.

XIX. His igitur in genere de Photinianorum corruptelis & So-
phistica præmissis, jam in specie ad veram de Christi merito doctrina-
m asserendam accessum facimus. Credunt autem, docent, &
confidentur nostræ Ecclesiæ, quod Æternus Deus ob la psum æg-
rotat dæmon generis humano indignatus fuerit, illudque tenore
comminationis, & vii justitiae ad æternam mortem condemnave-
rit. Ex gratia verò in plenitudine temporis unigenitum & co-
ternum suum Filium misit in mundum, ut carnem nostram as-
sumeret, & in illa pro peccatis nostris agendo & patiendo satis-
faceret. Hoc ipsum quoquè fideliter præstidit, factus Patri obe-
diens usq; ad mortem crucis: quæ ipsius nostri loco facta perso-
litas singulis creditibus imputatur, adeoque per illam ipsam
Christi justitiam imputatam justificantur, & peccatorum veni-
am consequuntur. Hanc sententiam Augustana Confessio breviter
exponit articulo 3 ubi hæc verba: Docent nostræ Ecclesiæ, quod verbum
hoc est, Filius Dei assumpserit humanam naturam in utero B. Mariae virgi-
nis, ut sint duæ naturæ diuina & humana in unitate personæ inseparabiliter
conjunctæ, unus Christus, verè Deus & verè homo, natu ex virginе. Maria,
verè passus, crucifixus, mortuus & sepultus: ut reconciliaret nobis Patrem, &
hostia esset, non tantum pro culpa Originis, sed etiam pro omnibus actualibus
peccatis. Et rursus articulo quarto: Docent quod homines non possint
justificari coram Deo propriis virtibus aut operibus: sed gratiæ justificantur pro-
pter Christum per fidem, cum credant se in gratiam recipi & peccata remitti
propter Christum, qui suâ morte pro peccatis nostris satisfecit. Hanc fidem im-
patiat Deus pro justitiae coram ipso, Rom. 3. & 4. Hanc verò sententiam
sacris literis conformem, & veritati Apostolicæ consentaneam
esse, sequenti quæstione probatum dabimus.

QUÆSTIO III.

Quibus præcipue dictis Scripturæ satisfactio Christi
pro peccatis nostris stabiliri queat?

XX. Nullus fermè liber Scripturæ est, qui non meritum &
satisfactionem Christi, vel aperte doceat, vel obliquè insinuet.
Quare si dicta omnia huc facientia forent adducenda, non
dispu-

disputatio, sed tractatus integer prodiret. Non igitur cuncta testi-
monia seorsim proponemus sed illa in certas argumentorum
classes dispescemus, & una Photinianorum exceptiones breviter
refutabimus.

ARGUMENTUM I.

1. A redemptione per Christum facta.

De dicto Rom.

XXI. De hac emphaticè loquitur Apostolus Rom. 3. v. 24. Δι-
καιούμενοι δωρεάν τῇ αὐτῷ Χριστῷ ἡγεμόνεσσι τῆς ἐν
Χριστῷ Ἰστορίᾳ Iustificamur gratis per gratiam ipsius, per redemtionem, qua
est in Christo. Et v. 15. Quem proposuit Deus ἵλασσίον propitiatorium in
sanguine ipsius ad ostensionem justitiae, per remissionem preteritorum pec-
catorum. Dignissimus notatu hic locus est, quippe in quo omnes
iustificationis causa eleganter connectuntur. 1. Efficiens, quæ est
gratia Dei gratis nos iustificantis. 2. Meritoria quæ est διπλάνη τρα-
ctis Christi. Et ne metaphorica intelligatur redemptio additur,
quod Christus sit propositus ἵλασσίον vel placentum, &
quidem in sanguine suo, quod hujus effusio nobis cedat in pla-
cationem coram Deo, ad ostensionem justitiae, siquidem per il-
lam sanguinis effusionem, ita justitiae; divina satisfactum est.
3. Instrumentalis, quæ est fides. 4. Formalis, quæ est remissio pec-
catorum. 5 Finalis quæ est ἀνέδεξις τῆς δικαιωσύνης & divina glori-
zia manifestatio. Idem reperitur i. Cor. 1. v. 30. Christus factus no-
bius à Deo iustitia & sanctificatio & redemptio, i. Cor. 6. v. 20. ἡγεμόνεσσι
τους, Emi eis pretio magno, Ephes. 1. v. 7, Col. 1. v. 14. In Christo
habemus redemtionem per sanguinem ejus. i. Tim. 2. v. 6. Christus dedit
semetipsum redemtionem pro omnibus, In græco est αὐτίλυτον. Hebr.
9. v. 12. Negat per sanguinem hincorum ac vitulorum, dia δὲ τὸ ιδίον αἷμα
70, sed per proprium sanguinem intravit semel in sancta, aeternâ redem-
ptione inventa. Et v. 15. Ideo Novi Testamenti Mediator est, ut morte inter-
cedente in redemtionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori Te-
stamento, reprobationem accipiant, qui vocati sunt ad eternam heredita-
rem, i. Pet. 1. v. 18 19. Non corruptibilius auro vel argento redemisti eis, de-
vata vestra conversatione, sed pretioso sanguine agni immaculati Christi, 2.
Petr. 1. v. 1. τὸν ἀγοράντον τὸν αὐτὸν illum, qui emit eos, Dominum negan-
tes. Apoc. 5. v. 9. Occisus es & redemisti nos in sanguine tuo. Similia loca
habentur Luca 1. v. 68, 6. 2, v. 38; Gal. 3. v. 13, Tit. 2. v. 14,

23. En

XXIII. Ex hisce autem dictis tale argumentum necimus; Quicunq^z intercedente morte, & per vel propter sanguinem effusum redimuntur ac justificantur, illi non sine omni pretio redimuntur, sed pro ijs satisfactum est. At verò Christiani fideles intercedente morte Christi, & per vel propter ejus sanguinem effusum redimuntur ac justificantur. Ergo non sine omni pretio redimuntur, sed pro ijs à Christo satisfactum est. Major per se pater, quia sanguinis effusio ipsum est redempcionis pretium, ideoq; qui remittuntur ob effusum sanguinem, hi utiq; certi pretii interventu redimuntur. Minorem confirmant dicta superius allegata, in quibus notetur precipue 1. Quod Christus dicitur nos emisse 2. Pet. 2. v. 1. Apoc. 5. v. 9. Nec enim Apostoli durat at verbū λυτρόν sed etiam ἀπολέλεγον adhibent. Emto autem prædicatur ita redemisse, ut nobis factus sit ἡλαστήριον vel placamentum. Ergo ira & indignatio Dei Patris præcessit, quippe qui Christi morte placari debuit 3. Quod dicatur nos redemisse per proprium sanguinem, quā phrasī nihil potest aliud, quām ipsum redempcionis pretium notari, quod patet ex oppositione gemina, tūm sanguinis hircorum & vitulorum, Hebr. 9. v. 12, tūm corruptibilis auri & argenti 1. Petr. 1. v. 18. Ut enim hoc est pretium emptionis, Ita & Christi sanguinem nostrę λυτρόσσως pretium fuisse sequitur, unde ipse vocatur cívili λυτρόν pro nobis datum, 1. Tim. 2. v. 6. Et tandem 4. Quod expresse dicamur, Emti magno pretio 1. Cor. 6. v. 20.

XXIII. Verum Socinus & ejus asseclæ ad hoc argumentum varia excipiunt, quibus maturè obviandum est.

I. Dicunt, Redimendi verbum sōpē & fēmē semper metaphoricas significationem obtinere, ut nihil sit aliud redimere, quām liberare aut libri afferere, quamvis veri pretij soluto vera aliqua non interveniat: ut Exod. 15. v. 19. Dicitur Deus redemisse populum ex servitute Ægyptiā, id est, liberasse nullo soluto pretio. Pari modo sumitur, Deut. 7. v. 26 t. 13. v. 5. t. 21. v. 8. 2. Sam. 7. v. 23. Nhem. 1. v. 10. Psal. 77. v. 16. Hebr. 11. v. 35. Eadem igitur significacione verbū iſtud accipi arbitrantur, cūm Christus nos redemisse dicatur.

Resp. 1. Nos magno pretio per sanguinem Christi & mortem ejus intercedentem dicimur redempti. Ergo verbum redimendi in talibus dictis metaphorice accipi nequit. Si enim nullum pretium interveniat, cur pretio magno, & per Christi Sangui-

Quatuor obseruanda in dictis, de Redemtione Christi loquuntur.

Sanguinem redempti dicimus? Si Christus nullā aliā ratione nos
ster est redemp̄tor, quām quia pr̄dicando salutis viam monstravit,
cur redemptio per sanguinem facta dicitur? Virtus certe
 $\delta\pi\lambda\nu\tau\zeta\omega\tau\omega\varsigma$ aliqua adscribitur sanguini: Nullam verò habe-
ret, nisi premium satisfaciens esset; Et mors Christi $\mu\alpha\rho\tau\zeta\gamma\sigma\tau\omega$ po-
tius, quām $\lambda\upsilon\tau\zeta\omega$ nuncupari deberet.

2. Communis Interpretatio est regula, quod à literali senten-
cia non sit recedendum, nisi textus evidens, vel fidei analogia
ad figurās nos confugere jubeat. Quā autem necessitas est, quā
cogens ratio, ut omnes textūs de redēptione nostra loquentes
intelligamus figurārē?

3. Sequeretur $\delta\pi\lambda\nu\tau\zeta\omega\tau\omega\varsigma$ nostra negotium meris meta-
phorarum & figurarum involucris esse propositum, quod contra
tra intentionem & consuetudinem Spiritus S. est, qui pr̄cipios
fidei articulos proprijs verbis in scriptura solet exprimere. Et si
nonnunquam occurant locutiones figuratæ, sunt tamen paucæ,
& per alios locos manifestiores luculentè declaratæ.

4. Argumentum procedit ex meris particularibus: Nonnun-
quam redimendi verbum suruit metaphorice. Ergo etiam in illi locis, ubi
de nostra per Christi sanguinem factarēdēptionē agitur. Nullam hic Duplex re-
consequentiam esse, quivis facilē animadverit. Fatemur quidem, demitionis ac-
quod duplex $\delta\pi\lambda\nu\tau\zeta\omega\tau\omega\varsigma$ sit accepsio: Altera impropria, quā pre-
ceptio, cōceptio; altera propria, quā est persona aut rei alienata, occu-
patæ vel capta, vindicatio per interveniens premium. Jam queri-
tur, Qualia si intelligenda $\delta\pi\lambda\nu\tau\zeta\omega\tau\omega\varsigma$, cum Christus humanum genus
redimisse dicitur? Pro impropria pugnat Socinus, sed argumenta-
tur ex particularibus. Propriam nos asserimus, & hoc ipsum ex
evidentia textuum suprà demonstravimus.

5. Distinguendū est inter redēptionē corporalem, quā Redēptio alia
 $\delta\pi\lambda\nu\tau\zeta\omega\tau\omega\varsigma \alpha\theta\eta\mu\chi\alpha\gamma\varsigma$, à tribulatione & angustia quis redimi-
tur, & inter spiritualem, quā $\delta\pi\lambda\nu\tau\zeta\omega\tau\omega\varsigma \phi\beta\sigma\epsilon\chi\alpha\gamma\varsigma$, ut loquitur Da-
mascus l. 4. Orthodox. Fid. cap. 20. hoc est, à peccato & captivi-
tate Satanae redimimur. Corporalis potest absoluta esse & fieri
sine pretio, notatque liberationem merē gratuitam, de qua lo-
quuntur dicta in objectione allegata. Spirituālū autem redēptio
à peccatis nunquam potest esse absoluta & sine adrog. 1. ob natu-
ræ divinæ sanctitatem. 2. ob justitie immutabilitatem. 3. ob in-
corruptam

cōtrūptam veracitatem. 4. ob intemeratam legis autoritatem,
quae vult ut qui peccant, moriantur Rom. i. v. 32. Si enim Deus abs-
que λύτρῳ peccatorem redimeret & justificaret, tūm periclitare-
tur natura sanctas, quia non odissem peccatorem; & justitia, quia
dimitteret reos; & veritas, quia pœnam quam minatur, non insi-
geret; & legis autoritas, quia nulla foret ejus maledictio.

6. Aliqui distinguunt inter redemptionem judicialē & exent-
iū judicialiū, non potest: illa sine λύτρῳ esse
velex trajudi-
cātio. minatus est. Jam verò hominis redēntio est judicialis, quia ho-
mo erat reus, accusabat à Diabolo. Deus sedebat ad judican-
dum, & aderat legis sententia, Morte morieris. Jam autem iudex nō
absolvit reum, nec salvā justitiā potest absolvere, præsentim 1. ab
omni pœna, & ira 2. ut muneribus insuper afficiat, in primis 3. si
mortem antè interminat, & 4. transgressorī irascatur. 5. reus
que captivus sit & a deo pœnam sustineat. Quia verò nobiscum
redemptionem sufficiens pretium interveniret.

Requisita redēmitionis.
7. Socinus hæc veræ propriæ que redēmptionis λύτρῳ pœna re-
censer, quod videlicet requiratur. 1. Captivus, 2. Captiūm dēnīs.
3. Redēmptor; 4. λύτρον. Assumimus hoc, & dicimus, quod isthac
omnia in negotio nostra διπλαντεώσεω reperiantur. Sunt ibi 1.
captivi, nemp̄ rotum genus humanum. 2. Est captiūm dēnīs, ni-
mirum justitia & lex Dei, tum Diabolus, infernus, mors & pec-
catum. 3. Redēmptor est Christus. 4. λύτρον est languis & mors
Christi. Ex quo concludimus, Redēmptionem, quā nos Christus
liberavit, esse propriū, & in λύτρῳ satisfaciente fundatam.

XIV. Exceptio II. Stephanus Acto. 7. v. 36. Mosen vocat
λύτρῳ redēmptorem, At is redemit nullo prelio dato: Ergo sic & Christus.

Resp. A Mose ad Christum non valet consequentia, quoni-
am dissimilitudo est in exemplis. Moses fuit Redēmptor tan-
tum à tyrannide Pharaonica: Christus verò redemit nos ab irā
DEI Rom. 5. v. 9. & potestate tenebrarum Col. 1. v. 13. idque per san-
guinem suum propriū, Redēmptio igitur Mosis fuit corporalis
& absque λύτρῳ sed Christi redēmptio fuit spiritualis, à prelio
passionis perfecta. Si urgeatur hoc quid Moses fuerit typus Christi, &
redēmptio Mosis fuerit typus salutis per Christum parta, adeoq; metaphoricam
redēmptio

redemptionem utrobiq; intelligendam esse. Respondemus 1. Quod sapientia discimenem in plus sic in antitypo, quam figuratum est per typum. Moses fuit ter Mosen & merus homo, Christus est Dei Filius unigenitus; Moses fuit Me. Christum. diator corporalis, Christus est Mediator aeternus: Moses liberavit Iudeos ex Agypto, Christus omnes homines ab ira Dei & morte. Moses fuit redemptor absque morte & sanguine proprio. Christus vero per mortem. Moses deduxit ad terram Canaan, Christus dat hereditatem & vitam celestem. Longe igitur alia est Moses & Christi redemptio. 2. Non solus Moses, sed plures alii fuerunt typi Redemptoris Christi, quos si conjungas, officium ejus plane adumbrabitur. Moses præfiguravit officium prædicandi, & liberationem in genere: modum liberationis, consistentem in placatione iræ divinæ & satisfactione pro peccatis, innuerunt sacrificia, quo imprimis spectat bicus emissarius Lev. 16. vers. 20, seqq. 3. Moses fuit ipsis nostris redempcionis quoad rem, sed non quoad modum rei, qui exprimitur in N. T. Et verissime scripsit Chrysostomus homil. 61. in Genes. Oportet figuram minus habere, quam veritatem, quia alioquin non fuisset figura futurorum. Potuit ergo redemptio corporalis per Mosen facta, præfigurare spiritali, per Christum faciendam, ita tamen, ut ratione modi distinctæ maneat species, & illa prætium excludatur, hæc includat. 4. Adeo, quod Deum cum maximè indignaretur, populo reconciliarit Moses, Exod. 32. v. 34. Quare de Christo Redemptore velut antitypo, id multo magis affirmari debet, unde sequitur, Redemptionem nostram, irati Dei placationem interuenta certi pretii à Christo factum, includere.

XXV. Exceptio III. Ipse Christus dicitur redemptus à Deo Psal. 31. v. De dicto Psal. 6. Redemisti me Domine, Deus veritatis. At non est redemptus pretio. Ergo 31. v. 6. redimere significat liberare sine omni pretio.

Resp. Quidam verba ista intelligunt de Davide, Christi ty-
po, & tum notaretur redemptio propria, quoniam & David per
Christi Redemptoris meritum & satisfactionem est justificatus.
Sed esto. Psalmem de Christo duntaxat loqui, nihil tamen contra
nos inde poterit concludi, Nam luctanter concedimus, in quibus
dam scripturarum textibus, redemi esse idem, quod liberari. A que
hunc etiam sensum obtinet verbum istud Psal. 31. v. 6. ubi Christus
à Deo Patre redemptus dicitur, nempe cum à mortuis exicitarū est.

Inepti verò sunt Photiniani, dum à particulari sic colligunt: Redimere Psal. 31. sumitur metaphorice. Ergo semper & in illis etiam locis, ubi Christus per proprium sanguinem nos redemisse dicitur. Nullum hujus argumenti nervum esse, quis est qui non intelligit.

A quo fiat redemtio?

XXVI. Exceptio IV. Redemptio propriè dicitur fieri ab eo, qui detinet captivos. At nos dicimus redempti, vel ab iniustis nostris, Tit. 2. v. 14, vel ex vanâ conservatione nostra, 1. Petr. 1. v. 18, vel ab execratione legis, Gal. 3. v. 13, à quibus non detinebamur captivi, nusquam verò à D E O, vel à justitia divina, propter quam peccatores damnari merebamur. Quare per Christum impropriè redempti dicimus.

Resp. 1. Ad maiorem; Hæc particularis est. 1. quia redemptio propria dicitur fieri non tantum à detinente captivos principaliter, sed etiam à detinente minus principaliter, item à captivitate ipsa, omnibusque ejus adjunctis & effectis, à carcere, à sordibus & squalore carceris, à servitute, à vinculis, torturâ, metu morris, & à morte denique ipsa, quæ sæpè manet captivos, nisi fiat redemtio. 2. Major vera est, duntaxat de redemptione extra judiciali & civili, nec de omni, sed tantum de ea, quæ est à potestate iniuste possidentis vindicatio, quâdatur pretium, ut captivus abstrahatur ab eo, qui eum iniuste ac violenter detinet. Falsa autem est Major de redemptione judiciali & spirituali, in quâ datur λύτρον Deo, non ut hosti iniuste possidenti, sed ut judici, qui nos captivitati justè mancipaverat propter peccatum, idque non ut ab ejus potestate abstrahamur, sed ut ei reconciliemur, & cum eo conjungamur. Haber enim se nostra captivitas, non ut cùm quis bello detinetur captus ab hosti, à cojus potestate redemptus, per redemtionem alienatur, sed ut cùm subditus reus læse Majestatis, traditur à Rege lectori incarcерандus, aut morte mulctandus, nisi per satisfactiōnem fiat redemtio, quæ cum sit, subdit liberatio est ejus cùm Rege reconciliatio. Quin hoc etiam peculiare habet hæc redemtio, quod Rex alius subditos rebelles tradit apparitori ministro, non hosti suo & subditorum: At Deus non tradidit captivos apparitoribus, ministris quidem, sed & hostibus suis & nostris, Diabolo, inferno, morti &c. Non igitur, ut propria esset nostra redemtio, debuimus redemi à Deo, hoc est, abstrahi, aut alienari, sed contra Deo reconciliari.

XXVII. Ad minorem 1. Falsum est, quod non fuerimus detenuti ca-

ti captivi ab iniqutatibus, à conversatione vanâ &c. Nam captivi detinentur non solum à judge, qui est l̄esus, vel à lictore vel tortore, qui judicis sententiam expectat, sed etiam à carcere, à vinculis, à judicis sententiâ & irâ. At peccata nostra, quid sunt nisi vincula & laquei, 2. Tim. 2 v. 6, legis execratio, quid nisi ira & sententia Dei in nos pronunciata? 2. Non dicimur tantum liberati à peccatis, verū etiam ab ira Dei, à judicio & justitia Dei vindicatrice: Nam Rom. 5. v. 9. & 1. Thess. 1. v. 8. 19. dicimur salvati ab ira Dei. Ergo etiam à justitia Dei vindicatrice, quia farente Socino, h̄c vocatur ira Dei in scripturis. Sic dicimur liberati à metu mortis Heb. 2. v. 12. à morte ipsâ Osea 13. v. 14. ideo quē ab ipsâ justitiâ vindicatrice, per quam digni eramus morte Rom. 1. v. 32. Rursus redemti dicimur ab execratione legis Gal. 3. v. 13 h̄c autem nihil est aliud, quam sententia damnationis, à DEO in lege pronunciata. Dicimur non venturi in judicium Job. 5. vers. 24. Quare liberati sumus à judicio, & per consequens falsum est, quod Socinus scribit, nos nunquam redemtos dici à judicio, irâ & justitia DEI. Pluribus responderet Paterius in cap. 3. ad Rom. dub. 10. col. 307, ex quo ista breviter excerptimur.

XIIIX. Instat autem Socinus. 1. Execratio legis non significat justitiam Dei, cui satisfaciendum esset, sed execrationis pœnam à lege statutam, à qua pœna redemti sumus, non quia illi aliquod pretium solutum fuerit, sed quia ab ea sumus exempti.

Resp: Execratio legis sumitur dupliciter: 1. Passivè, & tunc significat pœnam execrationis. 2. Activè, & tunc denotat vocem seu sententiam legis cum execratione damnantis, seu ipsam legem execrantes peccantes. Quid autem est vox legis nisi vox DEI? & lex execrans, nisi DEUS execrans? & DEUS execrans, nisi DEUS iratus & ira DEI, & ira DEI, nisi justitia DEI? Execratio igitur legis activè significat justitiam DEI. Etsi autem utroque sensu ab execratione nos redemptos dicit Apostolus Gal. 3. tamen primariò loquitur de execratione activa, ut patet ex v. 10. Quaquor sub operibus legis sumit, sub execratione sunt, scriptum enim, Execrabilis omnis, qui non manserit &c. Unde consequitur, nos quoque esse redemptos ab irâ & justitiâ DEI vindicatrice.

XXIX. Instat. 2. Cui non est persolutum pretium, ab eo impropriè dicitur redempti. Execratio legis non est persolutum pretium. Ergo ab execratione legis impropriè dicitur redempti.

C 3 Resp:

Execratio legis
dupliciter
sumitur.



Redemptionis
modus gemi-
nus.

Resp. 1. Major particularis est. *Vel enim redimimur à perso-
na iniquâ captivante nos. Vel redimimur à rebus nos affligentibus
ut à carcere, à vinculis &c. Atque hoc posteriori modo redimenti dici-
mum ab execratione legis, non tanquam à personâ cui satisfiat, sed
tanquam à te, quæ nos malestat.* 2. Minor falsa est. Execrationi
enim activæ, quæ nihil aliud, quam ipse Deus, legis execrantis se-
tentiam promulgans, pretiū est persolutum. Sensus igitur Aposto-
licus hic est: *Christus nos redemit ab execratione legis, id est, à sententiâ da-
minatorij legis, & consequenter ab irâ & justitiâ DEI, dum pro nobis factus
est execratio, id est, dum pñnam execrationis, mortem nempè crucis ex-
erabilem, pro nobis sustinens, execrationis legis & ire Dei nostro loco satisfecit.*

XXX. Exceptio V. In verâ redēptionē pretium accipit is, qui capi-
vum detinet. In Christi redēptionē pretium non accepit Diabolus, qui homi-
nem detinebat. Non igitur cum verâ redēptionē convenit.

Resp. 1. Si maximè totum argumentum concederetur,
nihil tamen inferri posset aliud, quam redēptionem nostram
spiritualem, & externam corporalem in quibusdam discrepā-
re, id quod nos minimè inficiamur. 2. In minori latet falsa hy-
pothesis, ac si solus Diabolus nos detinuerit captivos, cum tamen hoc
Deo nōcōres conveniat, qui suo iure nos in carcerem damnationis derrusit. Nam 1. solus Deus est iudex, & Monarchia homi-
num, habens potestatem abisciendi in gehennam. 2. Ipsi soli
peccavimus. 3. Ab ipso petimus laxari vincula & dimitti pec-
cata. 4. Ipse conclusio omnia sub peccatum, Rom. ii. v. 32, Gal. 3. v.
22, sicut & ipse Diabolos aternis catenis alligavit. 2. Petr. 2. v. 4.
Et 5. Idem confirmat parabola Regis irati tradentis servum ne-
quam tortoribus Matth. 18. v. 34. Ex quibus certo consequitor,
nos per peccatum à Deo, tanquam judice justo & offendō, ea-
ptivos detineri primō & jure summa potestatis: A Diabolo au-
tem, morte, & similibus, secundariō, quatenus iis justo Dei ju-
dicio sumus traditi. Diabolus enim quasi licetor est, peccatum
sunt laquei, mundus & mors sunt carcer & tormenta. Cùm igit
tus Deus nos primō detineat, merito illi pretium à Christo est so-
lutum, id quod expressè dicitur, Hebr 9. v. 14.

XXXI. Exceptio VI. In redēptionē propriâ pretium datur captivi-
tatis ut is solvatur non autem illi, qui redēptionem procurat. Deus Pater
autem procuravit redēptionem filij. Ergo illi non datum est pretium.

Resp.

Respi. Major est falsa. Datur enim pretium & illum in si-
nem, ut satisfiat detinenti judici; Deinde potest quoq; pretium
dari redēmptionem procuranti, nempe in tali redēmptionis specie
quā iudex amans captivum, qui ipse non est solvendo, procurat,
ut pro eo alijs satisfaciat, imo ut filius iudicis ex patris iudicis
thesauro satisfaciat. Atq; hoc modo concurrunt omnia, quæ
urget Socinus. Nam prēmium datur captivi causā, ut liberetur, datq;
iudicis causā, qui ipse redēmptionem procurat, ut sua iustitiae sa-
tisficiat; iudex moverit preiō, ut captivum dimittat: dat ipse pre-
tiū, quia filius ex ipsius thesauro solvit: Et prēmium gignit in e-
ius voluntate atq; decreto libērationem captivi, quia voluit
atq; decretivit, ut non nisi interveniente satisfactione dimittere-
tur captivus. Sic autem prorsus se habet redēmptionē per Christum
facta. Si excipiat: iudicis per talis prēiō solutionem nihil accedere, respon-
dēmus, fatus esse, quod iustitia salva & leges inviolata maneat,
Sic Zalēnus Locrensum Rex latā lege de spoliandis utrōque c-
culo adulteris, cūm filius peccasset, ut ipse justus & verax habe-
retur, filium uno, seipsum altero privavit oculo: quā satisfacti-
ōne iudici certe p̄t̄ laudem iustitia arq; constanciā nihil
accessit. Ita Deus ex Aut̄q; sibi in nullum quidem lucrum acquisi-
vit, nihilominus per istud iustitia ejus expleta, & veritas declara-
ta soie.

XXXII. Atque hactenus Socini exceptiones vidimus. Pro
coronide hojus argumenti pauca de loco Jobi c. 19. v. 15. adde-
mus, in quo ille Redēmtorū sui mentionem facit, quo nomine
Christum, qui solus nos per sanguinem suum redemit, notari
arbitramur, sed Photinianis placet contrarium. Contendunt
enim, lobum verba facere, non de resurrectione corporis, sed restitutioōe fa-
nitati, non de gloria sempiternā in calī, sed de felicitate temporali in terris, Depravatio-
fōre nimis, ut licet nunc affligatur, Deus tamen Pater ultimo vite tem-
pore, non modo firmam corporis valetudinem, sed in super plura bona & ma-
riōrem gloriam, quam habueris unquam, si restituturus. Esse igitur ratiocini-
um de futurā prosperitate, cajū complementum describatur cap. ult. v. 12.
Nolumus autem hoc loco plenam istius textus analysis insti-
tuere; sed tantum Redēmptorem Jobi considerabimus, quid nempē
intelligat, cūm inquit, Nori ¹⁷⁸³ Redēmptorem meum vivere? Nos
inde sic inferimus: Si per nomen Redēmptoris in specie Christus intelligi-

De dicto Jobi,
19. v. 25.

tur, & ad ejus resurrectionem simul resipicitur, tunc exponi nequit hic tectus
in genere deo sanitata restituente, sed potius de beneficio Christi, homi-
nes resuscitantes, quam consequentiam non impugnant adversa-
rii. Sed veram est prius. Ergo & posterius. Minor continet uerbum &
& in dubium vocatur à Photinianis. Proinde argumentis ali-
quot erit confirmanda.

XXXIII. I. Ponunt nonnulli hanc regulam: quod verbum vel
nomen inde deductum, ipse Deo tribuitur, tunc immediatè de secunda Trini-
tatis persona intelligendum est, nempe de Filio, qui ideo homo est factus, ut
nos sub potestatem Satanae venundatos redimeret suoq[ue] regno vindicaret. Ita-
que ejusmodi omnes loci V.T. confirmarunt fidem de incarnando Filio DEI,
& in carne redemptione humani generis per sanguinem ipsius. Potest hoc
probari per inductionem locorum ut Genes. 48. vers. 16. Angelus

Argumenta. ¶ qui redemit me ab omni malo. id quod non nisi de Filio
quid Iobi 19. Dei, Angelo increato, potest intelligi. Sic Exod. 6. v. 6. Redimam
per Redemptoros in brachio extenso. Et cap. 15. v. 13. Duxi populum, quem vendicasti.
rem Christus. Ista vero eductio non obscurè Christo adscribitur, i. Cor. 10. v. 3.
Messie mundi & g[eneris] quippe qui illos comitatus, & quem ipsi tentasse dicuntur.
intelligitur.

Sic Psal. 74. v. 2. Vendicasti tribum hereditatis tue. Esa. 44. v. 22. Vendic-
avit Iehovah Iacob. In primis hoc spectat locus ex Esaia 63. v. 9. ubi
Ecclesia veteris Testamenti praconio Eucharistico Christum
agnovit & celebravit Redemptorem. Nominat enim Angelum
faciei, qui non est nisi Filius Dei, & huic attribuitur redemptio.
Ipse redemit eos. Quia ergo & hic in angustiis erat constitutus Jo-
bus, utique ad nullum redemptorem alium configit, nisi ad
Christum. Adde Jerem. 31. v. 11. Redimet Iehovah Iacob. Mich. 4. v. 10.
Redimet te Deus, Osee. 13. v. 14. De manu inferni redimam eos, quod de
victoria Christi exponitur, i. Cor. 15. v. 15. Quia ergo fideles in ve-
teri Testamento Deum vocando Redemptorem semper respe-
xerunt ad Christum, tanquam Messiam futurum & Redemptorem
in specie sic dictum, hinc concludimus, idem fecisse Jobum in-
summis istis miseriis constitutum. Nec enim negari potest, quod
Deum alloquatur uti clarè indicat v. 26. Vi ergo prædictæ re-
gule, Christus per Redemptorem immediatè debet intelligi.

XXXIV. 2. Idem probari potest exinde, quia nomen Re-
demptoris soli Christo proptè competit. Notat vero talen-
tum vindicem qui tunc sedimentis consanguinitate junctus est, tunc
primum

pretium quoddam pro redēmptione interponit. Hinc Forsterus
pag. 124. hanc regulam præscribit: Quādā Scriptura Deum sic vocat
(id est Redēmptorem) tunc simul insinuat, quod Filius Dei debeat assu-
mere carnem nostram, & nōst̄ fieri consanguineus ut posset nos jure pro-
pinquitatis redimere, ut Elsa. 59. v. 20. Et veniet ad Sion Redēmptor,
hōc est, Christus homo, & propinquus nōst̄ factus. Similes
textus habentur Psal. 19. v. ult. Psal. 72. v. 14. Psal. 74. v. 2. Psal. 78. v. 35.
Cū ergo nōmen Redēmptoris soli Christo propriè conveniat,
quippe qui solus est nōst̄ consanguineus, & nos aliō seu a Deo
devolutos jure fraternitatis per sanguinem suum regno suo aſſe-
ruit, Ioh. 8. v. 3. utique & Jobus, spēm ponendo in suum Redēm-
ptorem, non nisi Christum intelligit. Pinēda in hunc locum quin-
que Redēmptionis & Redēmptoris veri leges enumerat: 1. Pro-
pinquus esto, 2. Consanguinitatis jure redimito. 3. Injusto posseſſ-
sori prædam eripio. 4. Huic pretium nullum solvito. 5. Sangu-
inem pro redēmptionis pretio vero Domino offerto. Hæc quin quisita,
que Redēmptoris requisita, (que ex Scripturis, & analogia fidei
probari possunt,) non Patri, sed soli Christo convenient, ideo;
bis solus propriè Redēmptor nōst̄ & vocatur.

XXXV. 3. Universa Scriptura restatur, opus redēmptio-
nis nōstræ non nisi Christo compere. Quicunque enim suo
nos sanguine redemit, & Deo Patri pro peccatis nōstris satis-
fecit, is solus est nōst̄ Redēmptor: Sed Christus suo nos lan-
guine redemit. Ergo solus Christus est nōst̄ Redēmptor, Mi-
nor probatur, quia sanguine Christi sumus redempti, non au-
ro, 1. Petr. 1. v. 18. 19. dedit semetipsum pro nobis, Tit. 2. 16. Ipse est
Redēmptor vivus, Gal. 3. v. 13. Rom. 6. v. 9. Hebr. 7. 25. Addc. Luc. 21. v.
28. Rom. 3. v. 24. Ephes. 1. v. 7. Col. 1. v. 14. Matth. 20. v. 28. Marc. 10. v. 45. 1. Ti-
moth. 2. v. 6. Apoc. 5. v. 9. Jam, Quicunque est Redēmptor nōst̄
specialiter sic dictus, in illo spēm suam posuit Jobus, & de illo
loquitur v. 25. Nuila enim potest proferri ratio, cur de hoc non
loquatur. Sed Christus est Redēmptor specialiter dictus. Ergo
in illo spēm posuit Jobus, & de illo v. 25. loquitur.

XXXVI. 4. Qui nos resuscitat, eum Jobus per Redēm-
ptorem intelligit. Sed Filius hominis, hoc est, Christus nos re-
suscitat. E. Jobus Filium hominis, hoc est, Christum, per Re-
dēmptorem intelligit. Major probatur exinde, quia spēm refur-
rectio-

ectionis collocat Jobus in isto Redemptore, ut sicut hic surrexit
ita & se resurrectum credat. Minor demonstratur clarissime
ex Ioh. 5. v. 25. 28. 29. Ioh. 6. v. 40. Phil. 3. v. 20. Matth. 24. v. 30. 31.

XXXVII. 5. Nullum est dubium, quin tota haec confessio
Jobi ex vera fide & πληροφορia cordis sit profecta. Imò ipsum
scire Jobi nihil est aliud, quam credere, siquidem verba notitiae
apud Hebraeos non solam γνωσην denontant, sed saepius affectum,
effictusque consequentes. Unde ipsa fides vocatur notitia.
Esa. 35. v. 11. Ioh. 17. v. 4. Quâ hypothesis præsupposita, sic concludimus.
Quicquid est verum fidei salvifica objectum, id per re-
demptorem intelligitur. Sed Christus Messias mundi est verum fi-
dei salvifica objectum. Ergo Christus Messias mundi per Re-
demptorem intelligitur. Major certa est ex hypothesi probata.
Si enim per scire, Jobi fides notatur, utique per Redemptorem fi-
dei objectum, ut sensus sit, **Credo Redemptorem meum vivere.** Minor
pariter firma est, siquidem fides salvifica non apprehendit Deum
absolutè & in genere, sed potius Christum, ut inuitur **Ioh. 1. v. 12.**
Unde Scriptura Novi T. semper inculcat credere in Christum, fidem
Christi, fiduciam in Christo, &c. ut ostendatur, nullum aliud esse
fidei salvantis veræq; objectum directum & immediatum, quam
Christum Dei & Mariae Filium.

XXXIX. 6. Jobus Redemptorem suum ita describit, quod
rivot. Ne quis autem excipiat, etiam Deum in genere saepius
nominari viventem in Scripturis, mox addit Jobus, se vitam na-
turalem intelligere, in quam Redemptor suus sit revocandus, ait
enim. **Norissime super pulverem stabit.** Hinc firmissime concludi-
mus, quod per vivere non intelligatur vita Dei: 1. quia ista est
est æterna, non postremis demum temporibus futura, prout Jo-
bus Redemptoris vitam hic describit. 2. quia de Deo Patre dici
nequit, quod is super pulverem sit status vel è pulvere exci-
tandus. In quem enim non cadit mors, in eum non cadit statio
super pulverem, hoc est, resurrection ad vitam naturalem. Quod
si verba, **super pulverem stare**, nolint exponi de αναστοση, semper
petent principium, pervertent textum, confingent glossas, quæ in
æternum probari nequeunt. Manemus ergo in simplicitate lit-
teræ, & per **νων** pulverem seu terram intelligimus, per ipsum
verò stat, resurrectionem, quâ quis è sepulchro prodiens vice-
sum

Si vivus stat super terram, Brevissimis ergo, noratur resurrectio Christi, & quæ inde penderet, resurrectio nostra, in extremo die futura, unde ob hoc ipsum vita vocatur Iohann. 14. vers. 6. 1. Ioh. 1. v. 1. 2. Nos autem ex dictis ira colligimus: Cui non competit vita & resurrectio corporalis, is per Redemptorem à Jobo non intelligitur. Sed Deo, absolutè considerato, non competit, vita & resurrectio corporalis? sed tantum Dei Filio Incarnato. E. Deus absolutè per Redemptorem à Jobo non intelligitur, sed tantum Dei Filius incarnatus.

XXXIX. 7. In hujus confessionis fine loquitur Jobus de visione corporali. Dicit enim, se de carne sua visarum Deum, suis oculis corporeis. At verò Deus Pater oculis corporeis videri nequit, cum essentia divina sit invisibilis. Christus autem Dei Filius incarnatus aspici potest corporaliter, siquidem verum corpus habet, & aspicietur etiam in extremo die, non tantum à piis, sed etiam impiis, Zach. 11. vers. 10. Unde vicissim sequitur, per Redemptorem, quem se Jobus visorum credit, non nisi Christum, denotari. Si excipiunt, Etiam Deum videri posse, si non in suâ essentia, tamen in specie assumpta, Ezech. 1. Dan. 7. (Unde putant, notari, per hanc DEI, visionem, illam DEI apparationem quæ in ultimis Jobi capitibus describitur.) Resp. Id dici, non probari, imò falsum esse: 1. quia ista capparitio fuit Jobo ignota & inexpectata, ut contextus indicat. Visio autem de qua c. 19. v. 26, ipsi fuit promissa, cognita & certò sperata. 2. Non legitur cap. ult. quòd DEUS visibili quadam specie apparuit Jobo, sed tantum refertur cap. 38. vers. 1. quod de turbine, h. e. præmissa ingenta quadam tempestate Jobo responderit. Et licet cap. ult. vers. 5. dicatur. Oculus meus vedit te, potest tamen id de cognitione mentis accipi, quia verbum ^{Dominus} est generale. Imo si maxime concedatur, Deum visibili formâ Jobo apparuisse, non ramen hæc apparitio est illa visio, de qua Jobus cap. 19. loquitur ut ostentum. Neq; potest evidenter probari Deum in terra stetisse, cum appararet Jobo c. 42. sicut dicitur cap. 19. Super terram stabit. Nam magis consentaneum est, si apparuit Deus, eum sublimorem à terra visum esse, in eo videlicet loco, unde prius de nube & caligine loquebatur, ut jam tunc quiescente turbine & dissipata nebulâ, Dei majestas mirabiliter aliquâ & illustri specie sese exhibet et conspiciendam.

XL. Photiniani nihil aliud reponere possunt, quam *expositio-*
nem nostram nimis esse arbitriam, quippe cum nomen Redemptoris
ipsi quoque Patri tribuatur in Sacris, ut: *Sam. I. vers. 23. Esai. 60.*
vers. 16.

Resp. 1. Nulla argumento inest necessitas: Nomen Redempto-
ris alibi tribuitur Deo in genere. Ergo etiam hic. Nam Moses voca-
tur Redemptor *Deut. 7. v. 35.* Num inde statim inferre potest,
quod & Jobus intelligat Mosen per nomen Redemptoris? Ea-
dem fermè est colligendi ratio, ut Photiniani argumentantur;
nempè à particulari, quod nihil probat. 2. Dicta allegata re-
ctè exponuntur de Filio Dei, ut maneat universalis regula su-
prà indicate. Nam Christus & in Veteri etiam Testamento
caput fuit Ecclesiæ, ideoq; eam merito redemit tam à tempora-
libus, quam à spiritualibus inimicis & periculis. 2. *Sam. 7.* sermo
est de liberatione & reducione Israelitarum ex Ægypto. Edu-
xit autem populum istum Angelus, qui Mosis apparuit in rubro.
Exod. 5. vers. 2. 6. qui visus est interdiu in columna nubis, nocte
in columna ignis; *Ex. 13. v. 21. Num. 9. v. 13.* Hic autem non fuit ali-
us, quam Christus, *I. Cor. 10. v. 4. 9. Esa. 36. v. 7. seqq.* Pari modo *E-*
sai. 60. vers. 16. Christus innuitur, non excluditur. Viderut
quidem ex antecedentibus, ac si solus Pater loqueretur, sibique
nomen Redemptoris attribueret: quia tamen de ipsa salvatione
est sermo, & redemptione, quæ non nisi per Christum facta cur
non versum illum 16: de secunda Trinitatis persona intelligere-
mus? similes textus leguntur. *E/a 43. v. 1. c. 43. v. 17. 20. c. 49. v. 7. 26. c. 50.*
v. 2. c. 64. v. 2. in quibus locis omnibus Christus includitur, quia
sunt parzes concionum Evangelicatum, quarum fulcrum est
Christus, cum suo merito.

ARGUMENTUM II.

Ab officio Mediatoris.

XLI. Christum esse Mediatorem nostrum unicum, sequen-
tia dicta confirmant *I. Tim. 2. v. 5.* *Vnus est Deus, eis hec mesit hunc unus*
& Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Heb. 8. v. 6. Nunc au-
tem melius sortitus est ministerium; quanto & melioris Testamenti Mediator
est. *C. 9. v. 15.* Novi Testamenti Mediator est, ut morte intercedente in re-
demptionem earum prævaricationum, que erant sub priori Testamento, repro-
missionem

missionem accipiant, qui vocati sunt ad eternam hereditatem. c. 12. v. 24.
Accessisti ad Testamenti Novi Mediatorem Iesum ex sanguinis aspersione
melius loquentem quam Abel. Tria vero cum primis inno-
natur hujusmodi dictis. 1. Deum & homines fuisse partes dissi-
dentes, eò quod Deus ab hominibus, homines vero à Deo abalic-
nati, rebellés, & inimici erant. Mediátorem Christum ideo ve-
nisse, ut dissidentes illas partes reconciliaret, Deum iratum pla-
cando, & homines rebellés convertendo. 2. Medium hujus re-
conciliationis fuit sanguinis aspersio, & mors intercedens. Nec
enim nudis verbis placavit iram Patris, sed obedientiam mortis,
qua fuit istud medium, quo satisfactum Deo, & gratia acquisita
est humano generi.

XLII. Qibusc ita declaratis, tale argumentum negamus?
Quicunq; Mediátor est inter partes extremè dissidentes, ità qui-
dem ut propter hoc sanguinem suum effundat & mortem sub-
eat, ille certi pretij interventu, adeoque satisfaciendo officium
Mediatoris exequitur, Christus autem Mediátor est inter partes
extremè dissidentes, nempe inter Deum ob peccata iratum, &
homines à Deo aversos, ideoque pretiosum sanguinem suum
effudit, & mortem crucis subiit. Quare Christus certi pretij in-
terventu, adeoque satisfaciendo officium Mediatoris execu-
tus est. Majorem nemo negabit, si cogitaverit, nos non de Me-
diatione nudā, sed de tali, quæ in sanguinis effusione & morte
fundata est, verba facere. Ubi statim queritur. Quid sanguis
ad Meditationem contulerit? Nudus Ianè non fuit signum,
sed potius medium, cùm in redēptionem peccatorum dic-
atur effusus Heb. 9. v. 15; ideoque alibi Abrogov vel pretium nuncu-
patur. Et sanè epistola ad Hebr. d. expresse afferit, Christum
ideò nostrum esse Mediátorem, quia semetipsum in arcā crucis obtu-
lit DEO, ad emundandam nostram conscientiam, Ita enim c. 9. v. 13. 14. au-
thor differit: Si sanguis bircorum & taurorum, & cinis vitula adspersus
iniquinatos sanctificat ad emundationem carnis: Quanti magis sanguis
Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum oblitus immaculatum Deo
emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad servieendum DEO
viventi. Quibus verbis mox subiungit v. 15. & Δε το το Δε γνα
νεκυῖς μετίης ἐστιν. Et idèo Novi Testamenti Mediátor est. Vides hinc,
quod fundamentum Mediationis constituantur effusio sanguinis,

D. 3. id eoq;

Tria in dictis
de Mediátore
loquentibus
sunt obser-
vanda.

ideoque Christus Deum & homines reconciliavit, non nudā predicatione, sed potius passionē & morte, quæ ob id verissimē vel medium vel pretium factæ mediationis vocatur, cūm Christus inde sit noster Mediator, quis sanguinem effudit, nostras conscientias purgantem, adeoque ad Deum convertentem.

Expositio Photiniana docentium, Christum esse Mediatorum nostrum non alio modo, quam quid Deus illo internuncio & interprete ad fædus suum cum hominibus pangendum & sanciendum usus est, & per quem illi ad ipsum eius voluntatis cognitione instruti accedere possunt, non autem quod satisfactio-

Reffonsio.

ne pro peccatiis nostris praestit. Deum iratum hominibus placaverit, qui secundum est exceptio lib. i. de Servatore c. 7. & Cath. Racov. c. 8. Nam modò ostendimus, quod fundamentum factæ Medicationis non in prædicatione solâ, sed potissimum in sanguini effusione collocetur. Ideo enim factus est Mediator N. T. qui in cruce Deo Patti se obtulit, ignominiosam mortem subiendo, Hebr. 9. v. 14. 15. Hoc ipsum quoque innuitur 1. Tim. 2. v. 6. Cùm enim Apostolus dixisset v. 5. Unum esse Mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, mōx v. 6. modum adjungit, quo Christus, noster Mediator sit, nempe quia semetipsum dederit aucto Deo & redēptionis pretium pro omnibus. Quia autem Mediator est moriendo, is non tantum Mediator dici debet docendo, aut Dei voluntatem interpretando.

XLIV. Sed instant, Mōsen quoq; (Christi typum,) votari Mediato-rem, nullatamen ratione aliâ, quam quia fuit internuncius Dei & homi-minus in opere legislationis, Ex. 19. v. 3. Deut. 5. v. 5. Gal. 3. v. 19. Verum à Mōse ad Christum non valere consequentiam, suprà diximus, eum conferantur tantum ratione rei, non modi, quia plus est in antitypo, quam fuit in typo. Moses Mediator dicitur ob in-terpretandi officium; sed Christus imprimis ob satisfaciendi be-neficium. Ille munere suo perfundens est, duntaxat informan-do; Christus verò semetipsum redēptionis pretium dando, ac Deo Patri offerendo. Ille igitur Mediator dicitur, quia fuit internuncius: hic autem, non tantum quia interpretem egit, sed quia sanguinem pro nobis in remissionem peccatorum ef-fudit. Neque Mōses tantum Christi typus fuit, sed & hircus emissarius Lepit. 16. ver. 14. & juvencia rufa Num. 19. ver. 4. quibus populi

populi peccata fuerunt imposita, ut ab eorum reatu, virtute atque typi, purgarentur. Si ergo hincorum sanguis inquinatos sanctificavit, quanto magis sanguis Christi nostram conscientiam emundabit, uti conclusit Apostolus Hebr. 9. v. 14.

ARGUMENTUM III.

Ab illo quod vel propitiatione & reconciliatione.

XLV. Duo hic in considerationem veniunt. 1. Quod Deus nobis ob peccata infensus fuerit. 2. Quod Christus Deum iratum placaverit, nobisque reconciliaverit, atque sic propitiator noster fuerit. PRIMUS roboratur his dictis Ps. 5 v. 7. Odi filii omnes qui operantur iniquitatem. Quare & nos odio Dei ob peccata sub Probatur Deus iusti fuimus. Hac enim dividunt inter nos & Deum Esa. 59. v. 21 nobis fuisse inveniendè natura dicimur filii iræ Epb. 2. v. 3 quæ manet super omnes sensum, incredulos Ioh. 3. v. ult. Non minus sumus sub maledictione legis, quia maledictus omnis, qui non permanerit in sermonibus legis Deut. 27. v. ult. Gal. 3 v. 10. 13. sub servitute peccati. Iohann. 8. vers. 34. Rom. 6. v. 20. ventundati sub peccatum, Rom. 7. v. 14. & superatus ab illo, 2. Petri. 2. v. 9. sub potestate Sathanæ, qui habebat mortis imperium in eos, qui timore mortis, per totam vitam, obnoxij eternam servituti, Hebr. 2. v. 14. 15. & sub reatu mortis æternæ, quia dictum, Morte morieris, Gen. 2. v. 17. Et anima quæ peccaverit ipsa morietur. Ezech. 18. v. 20. unde mors peccati stipendum dicitur Rom. 6. v. ult. A quibus vero Deus divisus est, quos odio habet, qui natura lunr filii iræ, subiecti legis maledictioni, peccatorum servituti, Sathanæ & mortis potestati; his certè Deum suis invenimus, ultrò consequtitur.

XLVI. POSTERIUS membrum probant omnia ista dicta, quæ gratiæ Patris coelestis annunciant, & peccatorum veniam promittant. Si enim Deus ante iratus fuit, & vero nos deinde recipit, atq; ob Christi sanguinem peccata condonat, utique hunc Propitiatorium & Reconciliatorem nostrum esse, id quæ passionis & sanguinis effusi, recte concluditur. Placenter tamen in specie quadam dicta hoc facientia annotare. 1. De propitiatione hæc loquuntur Rom. 3. v. 25. Christum proposuit DEVS Dicta de propitiatione loquitur Iohannes pro propitiationem vel placamentum zu einem Gnadenstuhl per Iohannes 3. v. 25. fudem in sanguine ejus. Respicitur vero ad propitiatorium Veteris quæstia.

Tertio.

*Cur Christus
conferatur
cum propitia-
torio.*

Testamenti in arca foederis collocatum Exod. 25. v. 17. & ita dictum, quia locus erat, quo Deus cum Moysi loquens placabatur & propitiabatur populo Num. 7. vers. 89. Alias oraculum quoque nominatum est, quod ibi responsa redderentur sacra, & operculum, quia tegebat arcam, in qua reposita erant legis tabulae. Fuit autem Christus qui propitiatorio comparatur, tunc ratione prædicationis, quatenus per illum Pater responsa dedit, & voluntatem suam revelavit, tunc ratione nostrorum criminum, quo Christus suâ passione operari, sicut arcam tegebat operculum, tunc ratione placationis, quatenus per eum sanguinem Pater nobis reconciliatus & placatus est, quam rationem Apostolus cum primis attendit, quia Christum per fidem in sanguine ejus, nostrum esse propitiatorium affirmat. Idem docet Johannes i. Epistola 2. vers. 2. ipse Christus ἡλασμός θεοῦ τῶν αἰματιῶν ὑμῶν, propitiationē est die Versöhnung pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Notā hīc, quod causa faciendū ἡλασμός ponantur peccati mundi, pro quibus erat satisfaciendum, quod ipsum repetitur i. Johan. 4. vers. 10. Deus misit filium suum ἡλασμόν propitiationem pro peccatis nostris. Sic igitur unico propitiationis vocabulo insinuantur. 1. Indignatio Dei ob peccata. 2. Ejus placatio & reconciliatio. 3. Facta per Christum. 4. Estusione pretiosissimum. Nam propitiare nihil est aliud, quam placare vel propitiare reddere illum, qui antē fuit offensus & iratus. Cū ergo Deus propitiari debuerit, utique illum nobis succensuisse certum est.

XLVII. Fluit verò hinc tale argumentum: Quicunq; placatur non nisi per sanguinem & mortem. ille proculdubio vehementer succensuit ijs, quibus redditur propitius. Atqui Deus placatur non nisi per sanguinem & mortem Christi. Ergo nobis, quibus redditus est propitius, anteā vehementer succensuit. Porro: Qui coram Deo irato est propitiatio pro peccatis Deo satisfacit. Quid enim aliud est satisfacere, quam iram ob peccata & offensas conceptam, certo λύτρῳ intercedente placare? Atqui Christus coram Deo fuit propitiatio pro peccatis nostris, per effusum sanguinem, vi doctorum supradictorum. Ergo Christus verè certique precium intervint pro peccatis nostris Deo satisfecit.

XLIX. Sed excipit Socinus part. 2. c. 2. pag. 81. Christum eodem sensu dici ἡλασμόν, quo olim arca, que Deum non placavit, placamentum tamen

*Exceptio
Socini.*



tamen dicebatur, quia Deus in ea se propitium & placatum præbens populo sua responsa dabat. Ita Christus dicit placamentum, non quid Deum ipse nobis placaverit, sed quia non modo Deus in ipso se nobis placatissimum ostendit, sed & quicquid nos scire voluit, per ipsum patet fecit. Verum Respond. 1. Hæc glossa in æternum probari nequit, quoniam expressæ verbi divini literæ adversatur. Qui enim pro peccatis est propitiatio, is certè illum reddit placatum, quem peccata offenderant. Quid enim aliud est propitiare, quam iratum placare? Et si Deus Pater in Christo, se placatissimum ostendit, cur opus erat mortem intervenire, cur propitiatio ista non nisi per sanguinis effusionem expediri potuit? 2. Malè igitur opponit hæreticus, qua subordinata sunt. Propitiatorio veteri Christus comparatur, non tantum ratione voluntatis manifestata, sed cumpromis ob iram Dei placatum, quam licet non sedarit antiquum ἵλασθεον, fuit tamen typus Christi, qui placare illam debuit, & cojus intuitu Deus in V. T. populo Israelitico reconciliatus fuit. Cum enim absque sanguinis effusione, ut nulla sit remissio, ita & nulla sit placatio, meritò qualiter, Cur Deus in arca se placatum ostenderit, & responsa dederit. Arca sanè sanguinem nullum effudit, nec effundere potuit. Necessitate igitur est, tandem venire ad Christum, quem figuravit, quique ἵλασθεον in sanguine, ἵλασθεος dicitur pro peccatis mundi. Ut ergo arca placavit typicè, ita Christus realiter & verè. Ut arca placationem figuravit: ita per Christum impleri & consumari debuit. Magnum igitur discrimen est inter arcam & Christum: illa typus fuit, hic antitypus: illa umbra, hic corpus: illa figura, hic ànæstœ: illa res bruta, hic viva victimæ, ad veram propitiacionem faciendam oblata.

X L I X. Habent vero adhuc aliud ιεροτόπιον, excipientes, illam propitiacionem fieri non per satisfactionem veram, sed per nudam peccatorum purgationem, & gratuitam reatus ablationem. Sed hoc iterum est glossam absque omni omni ratione proferre, & Scripturis contradicere. 1. Omnis enim propitiatio presupponit indignationem in illo, qui propitiatus reddi debet. Quare & Deus, quem Christus volebat propitiare, iratus fuit ob peccata. Hæc sanè auferri, undeque purgari non possunt, nisi Deus commotus prius placetur & nobis reconciliatur. 2. Si

nudè & ex solā gratiā absque λύτρῳ Christus abstulit peccata;
quid opus erat tantos ipsum pro nobis & pro peccatis nostris
cruciatus sustinere, moremque ignominiosissimam subire?
Imò cur Apostolus inquit, sine sanguinis effusione nullam fieri
peccatorum remissionem *Hebr. 9. v. 25.* Cur nostrum dicitur
Christas propitiacionum in suo sanguine, *Rom 3. v. 25.* Auton-
hoc ipso notatur, purgationem scelerum & ablationem reatus
non fuisse simplicem & absolutam, sed in Christi morte, tan-
quam intercedente λύτρῳ fundatam. 3. ιλατσμὸς relationem pro-
priè habet, non tam ad offensias, qua remittiuntur, quam ad offen-
sam personam, cuius ira placanda est. Hæc enim postquam redi-
ta est propitia, tum culpam eō libenter condonat. Quod si
quis autem ultrò remittat offensam, tūm hæc remissio nequit vo-
cari propitiatio, per Mediatorem aliquem facta. Hæc enim
vi natiuitatis significationis semper presupponit indiguationem in
personā læsa, quæ si statim condonat, tūm hoc fieri dicitur, non
ob præcedentem propitiacionem alicujus Mediatoris, sed per
spontaneam gratiæ & favoris oblationem. Tria igitur sunt in
vera propitiacione. 1. Indignatio personæ læsa, 2. Placatio, per
Mediatorem facta, & 3. culpa post placationem condonatio. Prio-
ra verò duo Photiniani negant, & per propitiacionem nil nisi
planè gratuitam peccati oblationem intelligunt, id quod est *εἰν*
η φασιν, *εἰν τοῖς γονέεσσι* statuere. Propitiatio enim sine presup-
posita indiguatione, & interveniente placatione, non est propi-
tatio, hoc est, ipsum non ipsum.

L. Sed etiamnum habent, quodoggattiniant netupè Christum
dici ιλατσμὸς, ut vetera sacrificia: In istis autem nulla fuit satisfactio, vel
placatio, sed simplex reatus oblatio. Ergo nec in Christo ιλατσμὸς tale quid
occurrit. Verum ultraque propositione fallit; Alter enim victimis
pecudum, & alter victimæ Christi tributur propitiatio in Scri-
ptura. Illa fuerunt tantum typus & umbra: Christus autem est anti-
typus, ideoque sanguine suo ingressus in sanctum sanctorum,
veram & æternam redemptionem invenit. Deinde falsum est,
quod in sacrificiis nulla facta sit placatio, nulla fuerit satisfactio.
Verè enim placatus est Deus, non quidem per sanguinem hircorum,
sed per incutum sanguinis Christi, quem victimæ adam-
brarunt. Quantumvis igitur ex se non satisficerint Deo quia
gamen

Tria concur-
rent in vera
propitiacione.

tamen typi fuerunt verae satisfactionis, quam Deus in illis typis
respxit, hinc ipsæ victimæ Deum placasse dicuntur.

L I. Et hactenus de propitiatione egimus : Restat ut
II. de reconciliatione pauca subjungamus. De illa notentur hæc
Scriptorata testimonia: Rom. 5. vers. 10. Cām inimici essemus *κατὰ τὴν* Δίcta de re-
λαύρην reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus v. II. Per Christum
κατὰ τὸν Ιησοῦν reconciliationem accipimus Eph. 2. v. 16. Christus reconcilia-
vit ambos (Judæos & gentes) in uno corpore Deo, per crucem, interficiens
inimicitiam per eam, Col. 1. v. 20. Complacuit Patri, per Christum recon-
ciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis ejus, sive que in terra
sunt, sive que in celis. v. 21. v. 22. Reconciliavit vos in corpore crucis ejus
per mortem. Jam vero reconciliare nihil est aliud, quam in gra-
tiam reducere, vel amissam gratiam restituere, quod cum nullo
allo modò quam per crucem, & Christi sanguinem fieri potuerit,
firmum viciissimum argumentum pro nostra sententia inde exoritur.
Ista enim reconciliatio innuit. 1. Peccatum nostrum, quo Deum
offendimus. 2. Indignationem Dei ex offensa profectam. 3. Reconciliatio
Ammissionem gratiae, loco poenæ inflictam. 4. Placionem Dei,
& restitutionem gratiae. 5. Placionis medium meritorum,
quod Apostolus vocat sanguinem crucis Col. 1. v. 20. & mortem
Rom. 5. v. 10.

L II. Proinde ita nunc argumentamur: In omni vera reconciliacione præcedit partis læse iudicatio, & abalienatio à læ-
dere, ob quam *κατὰ τὴν λαύρην* est necessaria. Sed reconciliatio per
Christum facta est vera reconciliationis, nisi pures Apostolum falsa
scripsisse. Præcessit igitur partis læsa, videlicet Dei, indigna-
tio, & abalienatio à lædere, quod fuit genus humanum. Ulte-
rius: Cui pars lædens post indignationem & abalienationem re-
conciliatur, ille hoc ipso placatur, quippe cum placare nihil sit aliud,
quam ex irato & abalienato propitium & clementem redi-
dere. Arqui genus humanum lædens. Deo irato & abalienato
per Christum est reconciliatum. Ergo DEUS hoc ipso est pla-
catus. Porro, Omnis placatio, qua sit certe pretij interventu, non
est nuda, sed satisfactoria. DEI autem placatio facta est certi pre-
tij interventu, nempe per sanguinem & mortem Christi, tan-
quam per *λύτρον* pro peccatis nostris. Ergo placatio Dei per Chri-
stum, vi reconciliationis facta, non fuit nuda, sed satisfactoria,
id quod erat concludendum.

E 2 53 His

Tria dissidia:
ex peccato
orta.

LIII. His autem diligenter observatis in sumum abeunt quæcumque Photiniani contraria objiciunt. Nam. I. Dicunt reconciliationem hominum, non esse cum DEO, sed secum ipsis, hoc est, gentium cum Iudeis, & hominum cum Angelis partam concordiam Resp. Ab inclusiva ad exclusivam non valet consequentia; nec sibi sunt mutuo opponenda, quæ Apostoli conjugantur, tanquam subordinata. Triplex enim dissidium innuitur in Scripturis, quod per Christi reconciliationem sublatum. I. Dissidium inter gentes & Iudeos, qui summo ergo se invicem odio flagrabant Epb. 2. v. 1. 6. II. Dissidium inter homines & Angelos, quippe qui hostes sunt hostium Dei, Col. 1. v. 20. III. Dissidium inter homines & Deum, qui ab illis offensus, & propter hoc alienatus fuit, ut illi rursus reconciliari opus habuerimus Rom. 5. v. 10. Sic ut ergo priora duo dissidia includunt & presupponunt utrinque partis alienationem, ita quoque de dissidio inter Deum & homines censeri debet. Notetur autem, quod Dei alienatio fuerit, omnium prima & secunda, à quâ dependent reliqua dissidia. Quia enim Deus erat offensus, hinc Angeli quoque nobis indignabantur, & inde secura est mutua inter Iudeos & gentes discordia. Ut ergo Dei alienatio, ita & reconciliatio prima & summa est. Placato enim Deo, sponte deserunt dissidia reliqua. Et quoniam Dei placatio per sanguinis effusionem facta est, hinc etiam Angeli hominesque Iudei & gentiles per crucem Christi dicuntur reconciliati, non quod vel Angelis vel Iudeis à Christo fuerit satis factum, sed quia salutaris illa concordia, fructus & effectus est consequens reconciliationis Dei, (cui solis satis factum) in sanguine & morte Christi fundata. Ut enim non Angelis, non hominibus peccavimus, sed soli Deo, & nihilominus ex peccato, quo Deum offendimus & dissidere fecimus, exortæ sunt reliqua inter Angelos & homines inimicitia: Sic soli Deo per Christi sanguinem satis factum est, & nihilominus ex Christi morte tanquam prima omnium beneficiorum causa reconciliatio vel concordia mutua Angelorum & hominum profluxisse rectè dicitur.

An Deus nobis sit reconciliatus?

LIV. Ecipiunt: 2. Nos quidem Deo reconciliatos esse, per simpli-
cem in gratiam receptionem; non vero Deum, tanquam inimicum nobis esse
reconciliatum. Sed licet hoc expressè non dicatur, attamen sub-
innuit

innuitur. Nos enim eramus pars Iædens & offendens. Deus erat pars læsa & offensa: ideoque fuimus divisi, & utrinque abalienati. Christus verò intervenit, & Deum nobis reconciliavit moriendo; nos Deo reconciliat, vi mortis convertendo. Sicut igitur abalienatio fuit mutua: sic & reconciliatio. Et sicut in omni *κατεξαγγηλίᾳ* pars læsa primò dicitur reconciliari, illiq; soli satisfaciendum est; ita & Deus primò reconciliandus, eique soli satisfaciendum fuit. Hinc nos sibi reconciliari dicimur per Christum 2. Cor. 1. v. 18. & subjungitur reconciliationis modus v. 21. nempè, dum Deum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia in ipso. Neque obstat, quod Deus ipse nos sibi reconciliasse dicitur. Hoc enim pacto non excluditur satisfactio & platio per Christum facta, sed respicitur ad gratuum Dei amorem & consilium, quo ipse Filium suum in mundum mittere de- crevit, ut moriendo pro nobis satisfaceret, adeoque nos Deo & Deum nobis reconciliare. Deinde & hoc observandum, quod vox reconciliationis duo significet. 1. Placationem patris offense, & sic solus Christus Deum moriendo reconciliavit, hoc est ex irato placatum esse cit. 2. Receptionem in gratiam, veterisque offense obli- vionem, & sic Deus nos sibi reconciliavit, hoc est, ob præcedentem Christi placationem nos in gratiam denuo recepit. Proinde duo isthæc non pugnant, sed optimè, velut antecedens & conse- quens, ut causa & effectus cohærent. Plura de conciliatione di- centur proximè, cum ad objectionem Photinianorum unde- cimam respondebitur.

Vox reconciliatiois due significat.

ARGUMENTUM IV.

A sanguinis effusione & Christi immolatione.

L. V. Dignissimus notatu locus extat Hebr. 9, v. 22. Omnia
penè in sanguine secundum legem mundantur. καὶ χωρὶς αἵματος οὐκολας
εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπεστί sine sanguinis effusione non fit remissio, v. 23. Necesse est
ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari: ipsa autem cœlestia melio-
ritibus hostiis, quam istis.

Hic Apostolus ait, *ownia mundari sanguine xedov ferre vel prope modum, quia purgationes quedam siebant, non sanguine sed aqua lustrali, & lotionibus aliis, quæ tamen & ipsæ mundandi vim ex sacrificiis trahebant.* Indè igitur concludit Apostolus,

E 3.

quod

quod absq; sanguinis effusione nulla fiat remissio; quo respiciat ad typum
sanguinis victimalis, cuius fusio & sparsio fuit adeo necessaria
sub lege, ut absque ea nulla fieret à Deo. Nemo enim ab impu-
ritate vel culpā absolvebatur, nisi sanguine victimali: ceremonia
nialiter esset aspersus. Quid verò aliud istis victimis nota-
tur, quam nullam peccatorum remissionem à Deo absque san-
guinis Christi, quem ille victimalis figuravit, effusione obtinere
posse, nimis obstante iustitiā Dei, cui non nisi morte Media-
toris satisficeri potuit? Atque hoc ipsum inde infert Apostolus.
v. 22. Necesse est Ergo exemplaria quidem cœlestium his mundari: ipsa autem
cœlestia melioribus hostiis. Per Iudeyū ac vel exemplaria in-
telligit Testamentum vetus & sanctuarium, quod sanguine aspergen-
dum fuit, & similia, quæ umbra fuerunt futurorum: per τὰ ἐπαγγελίαν vel cœlestia innuitur Novum Testamentum, vel cœlum ipsum,
sanctuario repräsentatum, cum bonis spiritualibus, quæ Leviti-
cis cultibus sunt præfigurata. Ut ergo Sacerdos summus, san-
ctuarium ingressurus, sanguinem aspersit: Sic Christus per pro-
prium sanguinem intravit semel in sancta eius Cœlēπαγδία, æter-
na redemptio inventa. Et hæ sunt illæ victimæ meliores, vel hæ
est illa præstantior hostia (pluralis enim pro singulare ponitur,
per enallagm numerorum, propter ἀντίθεσιν) quæ æterna nobis
redemptio fuit inventa.

Finis ob quem LVI. Sic igitur ex hoc Apostoli textu duo elucentur.
sanguis Christi effusus est, Quod effusio sanguinis à Christo mediatore facienda, fuerit ne-
cessaria. 2. Quod hæc necessitas à peccatorum remissione de-
pendeat, siquidem illa condonari nequeunt, nisi sanguis effan-
datur. Et hoc ipsum Christus clare professus est in ultima cœna,
cum Matth. 26. v. 28. inquit. Hic est sanguis meus qui effunditur in
remissionem peccatorum. Habet hic sanguinem effusi sanguinis, luculenter
expressum, qui non est vel mera significatio, vel nuda confirma-
tio & obsignatio, sed ipsa peccatorum remissio. Christus ergo
mortuus, & sanguis ejus effusus est, ut nos per illum sanguinem
mundaremur, adeoque peccata remitterentur. Ex quo sic con-
cludimus: Quicquid effunditur in remissionem peccatorum, hoc
est causa remissionis, non nudum signum vel sigillum. Sed
sanguis Christi effusus est in remissionem peccatorum. Ergo
sanguis Christi effusus est causa remissionis, non nudum signum
aut

aut sigillum. Statim verò exoritur quæstio; Quælùs è causa sit sanguis Christi nùm efficiens, vel meritoria? Efficiens principalis DEUS est, qui ex gratia condonat peccata. Ergo sequitur, quod sanguis Christi sit causa meritoria, & hoc ipsum innuunt particulae per & propter, cùm Deus dicitur nos justificare per sanguinem Christi, in vel propter, sanguinem, quippe quæ sunt notæ causæ moventis, impellentis, promoventis. Nam propter quocunque offensa remittitur, illud sanè est causa impellens, & movens personam laicam, ut remittat. Sed Deus per peccata Iesus propter sanguinem Christi nobis ista remittit. Ergo sanguis Christi est causa movens & impellens Deum, ut peccata nobis remittat. Falsum igitur est, quod Sociniani dicunt, Deum nudè & ex libera voluntate vel prouerente nobis debita nostra condonare.

LVII. Notandum verò est præterea, quod sanguis Christi Probatur sanguis Christi nùm effusus fuerit victimalis, & Christus in atra crucis semetipsum pro peccatis nostris obtulit. Si fuisse victimalis. Fuit enim antitypus, per sacrificia Veteris Testamenti malem & exactum adumbratus, adeoque ut completeretur typus, necesse erat, ipsum piatorum, per mortem immolari, Deoque offerri. Hoc Apostolus expresse innuit Eph. 5. v. 2. Christus tradidit semetipsum pro nobis ~~ad~~ propterea ^{ad} oblationem & hostiam Deo, in odorem suavitatis. Idem aliquoties confirmat epistola ad Hebreos, que tota ferè in hoc occupata est, ut ostendat, veteres typos in Christo impletos, & peccata nostra, per Christi sacrificium expiata esse. Ita enim dicitur cap. 5. v. 7. Christus in diebus carnis sue preces supplicationesq; ad eum, qui posset illum salvum facere à morte, cum clamore valido & lacrimis offerens, exauditus est pro sua reverentia, c. 7. v. 27. Christus non habet necessariaem quotidie, quemadmodum Sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. Hoc enim fecit, semel se ipsum offerendo. cap. 9. v. 25. Christus non sapè offert semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta pars singulos annos in sanguine alieno. v. 26. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origene mundi: nunc autem semel in consummatione seculorum ad destructionem peccati, per hostiam suam apparuit. v. 27. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium, v. 28. Sic & Christus semel oblatus est, ad multorum exhausta peccata. C. 10. v. 10. Sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. V. 11. Et omnis quidem Sacerdos praestò est, quotidie ministrans,



strans, & eisdem sèpè offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata. v. 12. Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextris Dei. v. 14. Vnâ enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos.

L VIII. In hisce autem dictis diligenter observandum est.
1. Quod Christi mors & effusio sanguinis vocetur *wego* *Deo* *ejus* oblatio & *Iucia* victimæ, ut cruentum propriumque sacrificium intelligatur. 2. Quod hæc oblatio facta sit in diebus carnis, hoc est, ante gloriosam Christi resurrectionem, nempe cum Christus sanguinem effundere, unde *Hebr.* 1. v. 10, oblatio corporis Christi vocatur. 3. Quod cruenta illa hostia sit oblata Deo, unde precedens ejus indignatio colligitur, siquidem hostiæ expiatoria offeruntur Deo, ut ex irato placatus efficiatur. 4. Quod cruenta ista corporis Christi oblatio sit facta ad destructionem peccati. *Hebr.* 9. v. 26. ad exhaustiæ peccata, v. 28. pro peccatis. c. 10. v. 12. propter nostram sanctificationem, c. 10. v. 10. 12. Hinc ipse sanguis Jesu Christi in cruce oblatus, dicitur nos emundare ab omni peccato, 1. *Iob.* 1. v. 10. & purgare conscientiam nostram, *Hebr.* 9. v. 14. Tandem 5. Quod propreca inter Sacerdotes veteres, & Christum maxima sit differentia. Nam 1. Illi varia oblationum genera offerebant, *Hebr.* 10. v. 11. Hic verò non nisi unam vel unius generis *hoc* *cac* obtulit. 2. Illi per suas hostias, ex virtute propria, peccata auferre non potuerunt, *Hebr.* 10. v. 11. 12. Hic verò pro peccatis seipsum obtulit, ad illa exhaustiæ, & nos sanctificando. 3. Illi pro populi & pro suis peccatis obtulerunt, *Hebr.* 9. v. 7. Hic pro nostris tantum peccatis oblationem fecit, cum ipse fuerit immaculatus, *Hebr.* 9. v. 14. innocens & impollutus, c. 7. v. 26. & 4. Illi easdem hostias *mænæc* sèpè obtulerunt, *Hebr.* 10. v. 11. Hic unam è *Qæd* *me* temel tantum. 5. Illi quotidie stabant & ministrabant: illi autem confedit in dextram Dei, *Hebr.* 10. v. 12. Ministrare autem famulorum est, sedere dominorum. 6. Illi nihil porcent perficere suis iteratis hostiis, hic unicâ oblatione perficit omnes quoiquot sanctificantur.

LIX. Quibus ita declaratis, sequentia argumenta negamus: 1. Omnis oblatio pro peccatis, præsupponit offenditatem & indignationem Dei, quippe cum eum in finem offeratur victimæ, ut Deus irascens iterum placent. Sed mors Christi & sanguinis

Discrimina
inter Christum
& Sacerdotes
veteres.

Argumenta
Photiniannis
semper eppo
nenda.

guinis effusio, fuit oblatio pro peccatis nostris, vi allegatorum textuum, Ergo mors Christi & sanguinis effusio præsupponit offensionem & indignationem Dei. 2. Quicquid offensus & iratus ob peccata, offendentes per ac propter effulum victimæ sanguinem justificat, & peccata condonat, is verè placatur, nec absolvitur, sed certi medii, pretiique satisfacientis interventu culpam remittit. Atqui Deus offensus & iratus ob peccata, nos qui ipsum offenderamus, per & propter effulum Christi, immaculatae victimæ sanguinem, justificat & peccata nobis condonat. Ergo Deus verè placatus est, nec absolvitur, sed certi medii pretiique satisfacientis interventu culpam remittit. 3. Si sanguis vitulorum expiavit peccata, multò magis id Christi sanguini erit attribuendum. Ille enim typus tantum fuit, hic autem antitypus est. Sed verum prius, Ergo & posterius, ita concludente Apostolo, Ebr. 9. v. 13. 14. Quicquid autem emundat à peccatis, hoc certè non nudum signum aut sigillum, sed potius causa est purgationis, pretium redemptivum, motivum, & per consequens satisfactio. Atqui sanguis Christi in ara crucis oblatus nos emundat à peccatis. Ergo non nudum signum aut sigillum, sed potius causa est nostræ purgationis, & quia propriè efficiens esse nequit, meritoria rectè nuncupatur, vel pretium redemptivum, meritum, & per consequens satisfactio. Per quod enim mundatio, vel peccatorum remissio aquista est, illud meritum jure appellatur. Sed per sanguinem Christi oblatum mundatio vel peccatorum remissio nobis aquista est. Ergo sanguis Christi oblatus meritum mundationis jure appellatur.

LX. Sed audiamus jam, quomodo hæc clarissima Scripturæ *Exceptions.* testimonia corrumpere nitantur Photiniani. 1. Sic excipiunt, *Prima.* Si Christus eo fine sudisset sanguinem, ut pro nostra peccatis satisficeret, quomodo dicere potuisse, sanguinem suum fundendum esse in remissionem peccatorum? Siquidem remissio seu condonatio peccatorum, & satisfactio ita pugnant, ut post uno, tollatur alterum. Resp. Hic perpetuus adversarius Elenchus est, ut opponant subordinata, & divellant conjugenda. Nostrum non est *αἷλον* fingere, & pro oppositis habere, quæ Scriptura passim copulat. Jam verò remissio peccatorum, & hujus causæ facienda sanguinis effusio, sapissime conjunguntur, ut Matth. 26. v. 28. Rom. 3. v. 24, 25. Hebr. 9. v. 13. 14. & seq.

F

A po-

v.13.14. & seq. A positione igitur remissionis ad exlusionem satisfactionis minimè licebit argumentari. Imò contrarium potius inferendum est. Si enim nulla sit remissio sine sanguinis effusione, & Christus idèo seipsum in atra crucis oblitus, ut Deum placaret, adeoque nostra nobis remitti possent, peccata, utique condonatio illorum non erit nuda & absoluta, sed in sanguine Christi tantum hostiæ expiatoria, causâque meritoria fundabitur.

Secunda.

Responso.

LXI. II. Dicunt, Christi sanguinem effundi, in remissionem peccatorum, non quod sanguis DEVM permoverit, ut nobis peccata condonaret, aut quod in sanguine Christi peculiaris vis sit purgandi peccata; sed Christus idèo velisse mori, ut ea acquireret & perficeret, sine quibus peccata nobis remitti non possint, qualia sunt ex parte nostra fides; ex Christi parte, ut fieret Dominus super omnia. Resp. I. Nudum hoc commentum est, absq; omni ratione propositum: Et si talia glossemata deberent admitti, nihil in Scripturis tam clarum erit, quod depravari nequeat. 2. Proferatur unicus, quod immediatus proximusq; finis effusio sanguinis Christi fuerit acquisitione vel fidei nostræ, vel dominij Christi. Non quidem negamus fidem vi mortis Dominicæ, quæ fons est omnium beneficiorum, nobis conferti, nec imus in inficiias, Christi exaltationem securam esse mortem præcedentem, ut dicitur Phil. 2, v. 9. Quod autem Christos primò in eum finem sit mortuus, ut vel nobis fidè, vel sibi dominium acquireret, ubi quæ so nunquam in Scripturis annotatum est. Hoc autem lego, quod sanguis Christi sit effusus in remissionem peccatorum, Matth. 26, v. 28, quod necesse fuerit Christum morti ob remissionem peccatorum, Hebr. 9, v. 22, 23, quod oblatus sit ad destructionem peccati, ver. 26, ad exhaurienda peccata, ver. ultimo, & auferenda, c. 10, v. 11, 12. An non igitur Diabolica est audacia, hunc mortis Dominicæ finem tam clare expressum, totiesq; repetitum negare, & collere? Quapropter ita concludimus: *Quem effusio sanguinis Christi finem Scriptura statuit; illum, non alium & nos agnoscere debemus,* Sed Scriptura dicit, Christi sanguinem effundi in remissionem peccatorum, non in confirmationem fœderis aut in acquisitionem eorum, sine quibus peccata remitti non possint; adeoque finem proximum statuit ipsam peccatorum ablationem, vel destructionem cruentâ hostia acquisitionem. *Quare hung.*

hunc finem, non alium & nos agnoscere debemus. 3. Si sanguinem effundi in remissionem peccatorum est idem effundi, ut acquirantur ea, sine quibus fieri nequit remissio peccatorum, sequitur haec inepta & doleoxia, sanguinem Christi effusum esse ut sanguis effunderetur. Nam sine quo non consequemur remissionem peccatorum, propter id Christus effudit sanguinem suum, docentibus Photinianis. At sine sanguinis effusione non consequimur remissionem peccatorum. Hebr. 9. v. 22. Ergo Christus effudit sanguinem suum, ut effunderetur sanguis, quod ineptum & ridiculum. 4. Qui peccata remittit per & propter sanguinem effusum, ita quidem, ut sine effusione nihil condonare velit, is sanè illo ipso ad remittendum permovet. Sed Deus peccata remittit per & propter sanguinem Christi effusum, Rom. 3. v. 25. ita quidem, ut sine ista effusione nihil condonare velit. Hebr. 9. v. 22. Ergo Deus illo ipso sanguine Christi ad remittendum permovet. 5. Im-
pium & inauditum est, nullam esse in Christi sanguine vim purgandi peccata. Nos contra sic argumentamus: Quicquid emun-
dat conscientiam à peccatis, hoc utique vim mundandi habeat ne-
cessa est. Actus enim secundus primum, & operariò ipsam ope-
randi duximus insallibiliter praesupponit. Sed sanguis Christi
Iesu emundat à peccatis, i. Ioh. i. v. 7. conscientiam nostram, Hebr. 9.
v. 14. Ergo sanguis Christi vim mundandi ut habeat, necesse est.
In os proinde ipsi Spiritu sancto protere contradicunt, qui san-
guini Christi vim purgandi admunt. Hac enim si caret, statim
concidit & pro falso censeri debet effatum Spiritus Sancti, nempe
istud: Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato, in cuius tamen
dicti devotæ piaque meditatione innumerí fideles placidissime
obdormierunt in Domino. Adde locum Apostoli, quod Christus
per propriam sanguinem introivit in sancta, & eternam redemtionem inve-
nit, Hebr. 9. v. 12. Quod si sanguis vitiorum mundavit, multò magis e-
mundat sanguis Christi, v. 12, 14. quod Filius Dei Ecclesiam acquisiverit sibi
proprio sanguine, Act. 20. v. 20. quod habeamus redemtionem per sanguinem,
Ephes. i. v. 7 quod simus reconciliati per sanguinem, Coloss. 2. v. 20. quod
precioso Christi sanguine redemti sumus, i. Pet. i. v. 19. ideoq; premium redem-
tionis recte appellatur, quod abluti simus à peccatis per sanguinem Christi.
Apocal. i. v. 5. Et videbis luculenter, quanta vis Christi sanguini
attribuatur, quæ tamen omnem non sine insigni sacrilegio illi de-
rogare conantur Photiniani.

Photiniani
dicunt nul-
lam purgandi
vim inesse san-
guini Christi.



Terria.

L XII. III. Fingunt, Christum se obtulisse Deo pro peccatis nostris, non in terris, cum moreretur, sed in cœlis, cum eo ascenderet. Oblationem enim, de quâ Apostolus loquitur, non fuisse victimam in cruce, sed potius presentationem Christi in cœlo coram Deo.

Reffronfio.

*Oblatio Christi facta est
in terris non
in cœli.*

Resp. Ne quidem per somnum hæc glossa & interpretatione potuisset alicui venire in mentem, quod sane judicium est certissimum, illam esse confitam, violentem, & ex littera textus minime fluentem. Non quidem negamus Christum suum modo per apparitionem se Patri obtulisse in cœlo, hoc est, presentasse, ut *λυτρωτός* & advocatum nostrum; quod autem hæc presentatione sit illa pro peccatis nostris facta oblatio, falsissimum esse facile evincemus. Nam 1. Tum facta est oblatio, cum effusus est sanguis Christi, ut Hebr. 9. aliquoties innuitur. At verò non in cœlis, sed in arâ crucis effusus fuit. Ergo & ibi facta est Christi oblatio. 2. Hæc porro unica est & semel facta. Sed Christi in cœlis præsentatio, est continua & aeternum duratura. Ergo non erunt Synonyma, sed potius distinctissima. Insinuat hoc Apostolus Hebr. 9.v.25. *Negat ut sapientia offerat semetipsum, quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos, in sanguine alieno.* Alioquin oportebat eum frequenter pati. Vides hic expreßè, quid Apostolo sit semetipsum offerre, nimiram frequenter pati. Hanc enim rationem afferit, cur Christus seipsum non sapientia offerat, sed unicâ oblatione omnia consummaverit, nempe quia alias sequeretur, quod frequenter pati debeat. Nulla autem foret hæc ratio, si offerre, esset seipso præsentari in cœlo, & non potius sanguinem suum tanquam victimalem, in terris effundere. 3. Oblatio Christi dicitur facta esse pro peccatis, & præmititur exaltationi, Hebr. 10. vers. 12. *Hic unam pro peccatis nostris offerens hostiam, in sempiternum feder in dextera Dei.* Sed ipsa Christi in cœlis præsentatio nullibi dicitur fieri pro peccatis nostris (intercessio quidem sit pro ijs, sed non præsentatio) neq; illa præcedit exaltationem, sed sequitur, aur certè cum ipsa conjuncta est. 4. Ubi non habetur altare, ibi nulla est vicinia, & nulla fieri potest oblatio propriè dicta. Sed in cœlo nullum est altare. Ergo nulla ibi fieri potest oblatio victimæ. Christi autem oblatio ita describitur, quod *γονιας*, vel *hostias* sit oblatio, Ephes. 2. v.5, Hebr. 10. v.12. Quare nullibi nisi in arâ crucis facta. *Quomodo autem* Christi

Christi præsentatio in celis, sine absurditate nominari potest vi-
ctima oblatio? Christus enim se præsentando non amplius patie-
batur, multò minus moriebatur. Quas verò strophas hic confin-
xit Socinus eas singulas examinare, *Hæc* ratio non admittit.
Videatur præcipuarum solutio in *Commentario Parei super Epi-*
stolam ad Heb. c.9. col. 472. & seqq.

LXIII. IV. Ajunt Christum seipsum pro seipso obtulisse, ideoq; obla-
tionem ejus satisactoriam non fuisse. Antecedens probant ex. Heb. 7:
v.27. Christus non habet necessitatem quoridam quemadmodum Sacerdotes
prius pro suis delictis hostias offerre deinde pro populo. Hoc enim fecit semel,
seipsum offerendo. Ergo, inferunt, *utrumq; præcedens membrum referri*
debet ad Christum. quia illud ipsum fecisse dicitur, quod alijs Sacerdotes; nem-
nemp; per se & populo obtulisse.

Resp. I. Apostolus non ait, Sacerdotes pro se, sed pro suis pro-
prijs peccatis obtulisse. At verò Christus peccata propria non ha-
buit, ut fatentur Photiniani. Qui ergo utrumque membrum
referri potest ad Christum? 2. Versu præcedente 26. Christus di-
citur *Pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus.* Cur
ergo victimam pro peccatis expiatoriam suā causā offerre de-
buerit? Invenimus ergo, quod particula ista, *hoc fecit semel, tan-*
tum ad posterius membrum, de peccatis populi loquens sit refe-
renda, quia relata ad prius, gignit sensum simpliciter falsum. &
blasphemum.

ARGUMENTUM V.

A susceptione culpe & pœna nostræ.

LXIV. Tria cum primis dictis hoc pertinent, nempe *Esa. 59:*
v.3: seqq. 2. *Car. 5. v. 21. Gal. 3. v. 13.* Ex quibus junctim ita argu-
mentamur: Si Christus peccata nostra in se recepit, & una pecca-
torum pœnas, tūm sequitur, quod nostri loco se obtulerit, adeo-
quo Deo Patri pro nobis satisficerit. Sed antecedens verum est.
Quare consequens negari non debet. Minorem verò dictis luculen-
tis probatam dabimus.

LXV. DE TESTIMONIO ESAIÆ C. 53. De Christo Pro-
phetam loqui in isto capite, inficiari hanc possunt Photiniani,
quia ipsi Evangelista & Apostolide Christo interpretati sunt.

Mart. 8. v. 17. Act. 8. v. 32. 1. Petr. 2. v. 24. Quid igitur Propheta de ipso annotet, audiamus. Versus quartus sic habet: *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, & nos reputavimus eum flagellatum, percussum à Deo, & humiliatum.* Duæ radices habentur in textu Hebraico נַפְלָה & נִפְלָה. Utique notat levare vel elevare, aut onus quoddam ad portandum assumere, gestare & portare. Ita sumitur נַפְלָה Exod. 19. vers. 4. נִפְלָה Et portavit vos super alia aquarum. Exod. 23. v. 29. נִפְלָה Et portabit vel gestabit Aaron nomina filiorum Israelin pectorali. Josue 3. v. 3. Sacerdotes Levite נִשְׁאָרִים portantes eam. Et inde est nomen נַפְלָה onus, quod portatur vel pondus. Inprimis vero, cum sermo est de peccatis, tum significat luere, poenas date, vel peccatorum poenas in se recipere, ut Ex. 28. v. ult. Et non נִפְלָה portabant peccatum, id est, poenam peccati, Levit. 5. v. 1. נִפְלָה Et portabit peccatum suum. Targum: נִפְלָה et accipiet. Ezech. 18. v. 19. Quare non נִפְלָה portat filius, ob peccatum patris? Targum: percutitur. Et v. 20. Filius non portabis iniquitatem Patri, Et Pater non portabit iniquitatem filii. Altera radix נִפְלָה significantior est & perpetuò notat gestare, portare, baljulare super humeris Gen. 49. v. 15. Inclinavit humerum suum נִפְלָה ad portandum. Esa. 46. v. 4. Et usq; ad seninam ego נִפְלָה portabo vos Psal. 144. vers. 13. Eoves nostri מִסְכָּנִים נִפְלָה onusti. Inde est nomen, bajulus, quo aliquid portatur aut gestatur humero, ut i. Reg. 5. v. 15. Et erant Salomonis septem millia portans נִפְלָה bajulus. Targum, נִפְלָה hoc est, erant bajuli, qui humeris suis deferebant lapides ad locum, in quem veniebant currus, qui non poterant montem ascendere. Derivatur etiam inde nomen נִפְלָה vel נִפְלָה Onus aut gestamen, vel id, quod humeris gestatur. Psal. 81. v. 7. Removi מִסְכָּנִים ab onere humerum ejus. Neque potest ullus in contrarium adferri locus, ubi נִפְלָה, & que descendunt inde, non denotet susceptionem ponderis vel onerosam portationem, ex quo colligimus, eodem nec alia sensu radicem, istram in praesenti Esaia textu exponendam esse.

LXVI. Jam vero ulterius queritur, *Quidam Christus in se suscepit & tanquam onus gestaverit?* Et respondet Propheta נִפְלָה. Languores nostros & dolores nostros. Sunt autem languores duplices, quidam corporis quidam animi. De morbis corporis verba Prophetæ nequeunt accipi. Nam illos Christus in se

Derad.

נִפְלָה

Derad.

נִפְלָה

se non receperit, siquidem corporē infirmatus & omnibus mor- Per dolores
bis expositus fuisse nunquam legitur. Quare dolores interni, quos Christus
de angore animæ porissimum intelliguntur, ob quam causam iulit, intelli-
& ipse flagellatus, humiliatus, percussusque à Deo dicitur. Jam guntur pœnae
cūm à Deo fuerit impositum hoc onus dolosum, vel justè est peccatorum.
impositum, vel injustè. Hoc nemo pius affirmaverit. Illud verò
si assumentur, ob culpm aliquam Christum fuisse percussum.
sequitur, cūm omnis afflictio justa presupponat culpm. Ergo
percussus est vel ob suam, vel alienam. Non ob suam, quia nullam
habuit. Ergo ob alienam seu nostram, & per consequens, nostra
ipſi peccata impurata, & nostrorum peccatorum pœnae ad por-
tandum ipſi sunt impositæ, ut ita per languores nostros nihil
possit intelligi aliud, quam sensus iræ divinæ, mœror animi &
mors ipsa, quas poenas Christus nostri loco sustinuit. Animad-
vertunt hunc sensum L X X, ideoque hoc modo verterunt, ἐπιστολ
τῆς εἰρηνῆς ημῶν Φέρδου τοῦ πατρὸς οὐδενά ταχ. Iste peccata no-
stra portat & pro nobis doli. Portare autem peccata, est pœnam eo-
rum suscipere, gestare velut onus, & patienter sustinere. Chal-
deus eodem respexit cūm vertit: Ipse deprecabitur pro peccatis nostris,
& dilecta nostra propter eum dimittentur. Quibus ita declaratis jam
hoc modo colligimus: Quicunq; sic portat alienos dolores, ut ipse
percutiatur & humilietur, is verè & realiter pœnas aliorum in se
suscipit. Sed Christus nostros dolores & languores animi sic por-
tavit, ut ipse fuerit percussus & humiliatus. Ergo Christus verè
& realiter pœnas nobis infligendas in se se suscepit.

LXVII. Sed ipse Propheta hæc luculentius declarat vers. 5. Quid sit, Christus
qui sic haber: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, atri-
stum esse vulneratum est propter sceleram nostram, disciplina pacis nostra super eum, & livore eius neratum pro-
sanctum sumus. Duo tanguntur hoc versiculo: 1. Quid à nobis in Christo
sum derivatum. 2. Quid à Christo in nos derivatum sit. An non
dolis derivata est vulneratio & attrito, Christoque imposta.
Quam enim ob causam ipse vulneratus fuit? Propter iniquitates
nostras, inquit Propheta. In Hebræo est וְנִשְׁפָךְ à prævarica-
tionibus nostris, & וְנִרְאֵנָה ab iniquitatibus nostris, quasi hæc ipse il-
lum a degerint & ita presserint, ut necessariò vulneraretur. Idem
repetitur v. 8. Propter prævaricationem populi mei plaga ei, vel abscissus est
de

de terra viventium ob prævaricationem populi, cui plaga alias debabatur.
Sed quem in finem ipse innocens ob sclera nostra est acritus?
Nemp̄ ut nos pacem haberemus, ne nos ipsi vulnera illa susti-
nere cogeremur. Hinc in Hebrœo est. Castigatio pacificationum no-
strarum super eum, id est, castigatus est pro pace nostra. Et in libro
eius medicatum est nobis, hoc est, per & propter ejus passionem
mortemque nos liberati sumus à peccatis, alias subeundis, quia ipse
loco nostri eas suscepit adeoque ira divina satisfecit.

LXIX. Ex ipsis vero clarissimis verbis hæc fluunt argu-
menta. 1. Quicunq; innocens propter iniq;tales alienas à justo
judice percutitur, is loco aliorum patitur, & patiendo judici
satisfacit. Sed Christus innocens, propter iniq;tas nostras, à
justo judge Deo percussus est. Ergo Christus loco nostri passus
mortuusque est, & patiendo judici Deo satisfecit. 2. Quacunque
passio & mors cedit in pacificationem, liberationem & salu-
tem eorum, qui alias ipsi debebant pati & mori, ista est merito-
ria & satisfactoria. Sed Christi passio & mors cedit in pacifica-
tionem, liberationem & salutem nostrum omnium, qui alias ipsi
debeamus pati & mori. Ergo Christi passio & mors sunt meri-
toria & satisfactoria. 3. Quam passionis Christi causam impel-
lentem & finalem Scriptura docet, illam non aliam nos profi-
teri debemus. Sed Scriptura docet, causam passionis Christi
impellentem fuisse iniq;tas nostras, quas Deus Christo im-
posuit; finalem vero pacificationem & liberationem nostram,
quam Christus morte sua promeruit. Ergo has tantum profiteri,
non alias causas comminisci debemus. 4. Quicquid nos à morbis
animæ sanat, id vim sanandi singularem ut habeat necesse est.
Sed livor, hoc est, passio & mors Christi nos à morbis animæ sanat;
ergo livor, hoc est, passio & mors Christi vim sanandi singula-
rem, ut habeat necesse est.

L X I X . De his autem ne ulla dubitandi ansa remaneat Pro-
pheta v. 6. significanter addit: Dominus posuit in eum iniq;itatem o-
mnium nostrorum. Ver H E R R warff unsrer alleyn G und aufs jhn.
Notatur hic. Indignatio Dei. Qui enim varias peccatas & afflitiones
peccatis debitas in aliquem conjicit, cum sane ob peccata
iratum

Christo pecca-
ta nostra im-
putata sunt.

iratum & abalienatum esse oportet. 2. *Imputatio nostrorum scelerum*. Nullo enim alio modo nostra in Christum scelera conjici potuerunt, quam in quantum imputata sunt ab ipso Deo, cuius ira placanda & cuius justitia satisfaciendum erat. 3. *Impositio penarum*, Hæc enim sequitur imputationem peccatorum. Et fuit conjunctio illa iniquitatum non nuda, sed onerosa, cum attritione Christi conjuncta. Quare utrumque intelligitur per vocem ιψων, tūm peccatum ipsum, tūm poena peccato debita. 4. *Liberatio nostra*. Dum enim in Christum pravicationes nostræ sunt conjectæ, & atritus ipse fuit ob iniquitates nostras, tūm nos liberati sumus & cum Deo reconciliati, quoniam per illam innocentis Christi passionem, nostril loco suscepimus, justitiae divinae satisfactum est. In textu Hebræo elegans est metaphoræ: Deus fecit occurrere in eum iniquitatem vel penam omnium nostrum. Introducitur genus humanum velut ovile dispersum & derelictum, Deusque ut iratus iudex, & abalienatus à nobis. Intervenit Christus, & Mediatorem agere voluit. Quia vero prius erat satisfaciendum Deo: Ecce! in Christum, qui se medium ponebat, fecit Deus occurrere & iruere nostra peccata, ut penam nobis debitam subiret, & nostril loco extereretur. Ita igitur Christus Mediator unicus à nobis abstulit peccata, inse suscipiendo: Deo placavit iram, penas peccati subeundo: nobis vero afferat à Deo placato gratiam, pretiosum αὐτῷ suum applicando suamque justitiam imputando.

LXX. Verum ut vis distiebadat manifestior, his eam Syllogismis includimus. 1. *Quicunqz, peccata & poenam peccatorum ponit vel conjicit in aliquem, ille succenser & indignatur ob peccata. Sed Deus Pater peccata & poenam peccatorum nostrorum conjecit in Christum.* Ergo Deus Pater succensuit & indignatus ob peccata. 2. *In quem conjicitur poena aliena, ille necessariò eam gestare cogitur. Sea in Christum pena nostra est conjecta. Ergo illam necessariò gestavit, quia conjunctionem vel impositionem onoris statim sequitur gestatio.* 3. *Qui patiendo gestat alienam iniquitatem, in se conjectam is loco aliquum punitur & patitur. Sed Christus patiendo gestavit iniquitates omnium nostrum, in se à Deo Patre conjectas.* Ergo,

gō, Christus loco nostrū omnium punitus & passus est. 4. *Quicunque innocentis loco reorum patitur, ne illi patientur hic pro reis patiendo satisfacit.* Sed Christus innocens, loco reorum hominam passus est, ne illi paterentur. Ergo Christus innocens pro reis hominibus satisfecit. Atque hoc est, quod dicitur v. 10. Christum posuisse animam suam $\square \Psi \mathfrak{N}$ delictum, seu hostiū pro delicto zum Schuldopffer / hoc est, ipse pati voluit ut nos liberaremur, ipse mori, ut nos viveremus; Ipse animam suam offerre, ut ira cœlestis Patris placaretur, & ipse nobis reconciliaretur. Idem confirmant dicta Esa. 43 v. 24. Iohann. 1. v. 29, 1. Petr. 2. v. 24. quodrum explicatio aliundē est petenda.

De dicto 2.

Cor. 5. v. 21.


LXXI. DE DICTO 2. Cor. 5. v. 21 *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso.* Hic vicissim innuitur, quid Christus à nobis damni, quid nos ab ipso commodi acceperimus. Ipse enim factus est, 1. peccatum, non per mutationem essentiæ, sed per imputationem peccati nostri. Nam hāc phrasī, Deus fecit Christum peccatum, Apostolus nil aliud vult intellectum, quam quod Esaias dixit, *DEVM conjectiss*ini*quitates nostras in Christum.* Et notum est quod $\square \Psi \mathfrak{N}$ vel peccatum in Veteri Testamento sæper lumitur pro hostiā peccatum expiante, quem Hebraismum Apostolus retinere voluit, & indicare, Christum fuisse victimam, Deo Patri pro expiandis nostris iniquitatibus oblatum, uti Ephes. 5. v. 2. Hebr. 9. v. 26. c. 10. v. 12. clarè asseritur. 2. *Pro nobis $\square \Psi \mathfrak{N}$ ipso*, id est, nostri loco. Quia enim Christo peccata nostra imputata sunt, ut pro iis esset victima, utique nostri loco eum passum mortuumque fuisse consequitur. 3. In hunc finem, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Ut enim Christo nostra iniquitas, sic nobis Christi iustitia imputatur, quo pacto justificamur & peccatorum veniam, consequimur. Ex isto igitur dicto sic concludimus: *Quicunque peccatum, seu victima pro alieno peccato, expiationis causa, is loco alienum patitur, & patiendo pro iis satisfacit.* Sed Christus factus est peccatum seu victima pro alieno hominum peccato, expiationis causā. Ergo Christus loco hominum passus est, & patiendo pro iis satisfecit.

72. DE

LXXII. DE DICTO Gal. 3. v. 13. Christus nos redemit de mā. De dīcto Gal
tedicitione legis, factus pro nobis maledictum. Est autem legis maledictio 3. v. 13.
nihil aliud, quam̄ damnatoria sententia de subeundis pēnas
peccato debitis. In hanc maledictionem non fortē fortunā
Christus incidit, sed factus est à Patre maledictum qui conjecte
in ipsum iniquitates, qui voluit ipsum atteri & castigari, non
quidem causā sui, cūm fuerit innocens, sed nostri loco, ne illam
legis maledictionem expetiri vel pēnas ipsas sustinere cogere-
tur. Unde argumentum exurgit hujusmodi. Quicunq; inno-
cens pēnas lege expressas, pro alijs suscipit, atque sic maledictum
fit, ut nocentes à reatu maledictionis liberet, is loco aliorum pa-
titur. At verò Christus innocens pēnas lege expressas pro nobis
reis suscipit, atque sic maledictum factus est, ut nos à reatu male-
dictionis liberaret. Ergo nostri loco passus est, & pro nobis reis
satisfecit.

LXXIII. Subjungendæ nunc essent *Socini* exceptions, ut
& aliae pro Christi merito rationes, quales desumi possunt à de-
letione chirographi Col. 3. v. 14. à contritione serpentis Gen. 3. v.
15. à pacificatione Eph. 1. v. 14. Col. 1. v. 20. à sacrificijs, quæ fuerunt
typi Christi, ab hirco emissario Ley. 16. v. 14. à rufa juvencia. Num.
19. v. 4. 6. à serpente æneo Num. 21. & similibus. Quia verò hæc
disputatio alias satis excrevit, nos argumenta ista alteri tempo-
ri & occasione reservamus, adeoque hic finem facimus, Chri-
stum Mediátorem devotè invocantes, ut hostes meriti sui san-
ctissimi confundat, & veritatem hujus articuli contra quosvis
Satanæ insultus semper purum & illibatum conserveret, ad
nominis sui gloriam, & totius Ecclesiæ x-
dificationem Amen.





3g 2909
(113)



Sb.

3½

VO 17

BfC



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



947
ΟΓΙΑΣ
Ε
Ο ΞΣV.

RATIONIS
ENS.

ET SA
ΝΕ CHRI
NIS OP-

5. Academia
n proposita,

DIO
I, SS. Th. D.
ubl.

TE,
DOPORNIQ

O,
2. Octobris.

Ε,
S, Anno 1618.